Teſtis unus deponens de ueritate, & idem cum alio de fama, quando inducatur

ducatur probatio, Socin.l.gallus §. fi.nu.4.ff.de lib.& poſth. Scyſell.l. gallus §. ille caſus ff. de liber. & poſthum.nu.13.

Teſtis de uiſu deponens adminiculatur alteri de fama deponenti, Bald. l.pri.C.de condi.inſt.

Teſtimonium de auditu coniunctum cum fama maximè eorum qui per uiſum explicare non poſſunt, Calcan.conſi.116.nu.8.

Teſtis unus de ueritate duo de fama cum aliis coniecturis in cauſa criminali concludenter probat, Soci. Iun.conſi.35.nu.35.uol.2.

Teſtium fides confirmat inſtrumenta,& præſumptiones, Specul.de diſputa. & allega.§. nunc uidendum uerſ. ſed & ſi.

Teſtis unicus cum ſcriptura priuata cum iuramento, an probet, Specul. de inſtru.edi.§.nunc dicendũ, Bart. & Docto.l. admonendi ff. de iureiuran.colum.3.Fulgo.C.de proba. l.rationes.num.2.Pariſ.conſi.182. nu.19.uol.4.

Teſtis unius dictum ſuppletur & trahitur ad dictum alterius, etiã quoad probationem eliciendam ex dictis teſtium, Angel.ff.de legi.& ſenat.conſul.l. in ambiguo.nume.2. par.1. Socin. Iun.conſil.73.nu.11. uolum.2.

Teſtis unus ſuffragatur alteri, & alter alteri ſuper probanda qualitate adminiculatiua, Hippol.conſil.1.nu. 61.uolu.1.

Teſtis unius dictum integri cum aliis indiciis, an faciat plenam probationem, Bart.l.1.§. idem Cornelio ff.de quæſtio.num.3.Hippol.conſi. 116.nu.13.uol.2.& l.j.§.idem Cornelio.nu.2.ff.de quæſtio.

Teſtis unicus cum indiciis plenè probat, Bart.l.1.§.idem Cornelio,uerſ. ult.uides ff.de quęſtio.Soc.Iun.conſi.61.nu.8.Berta.uerb. teſtes quot & quales.nu.38.

Teſtium dicta ſupplentur ex præſumptionibus iuris q̃ ſunt pro eis,& dictum unius teſtis ſuppletur ex aliis præſumptionibus ad plenam probationem, Aym.conſi.6.nu.66.

Teſtes coadiuuantes inſtrumẽtum debent eſſe ſufficientes numero & cõteſtes, Pariſ.conſil.152. nume.24. uolum.4.

Teſtes an poſſint examinari ſuper approbatione ſcripturæ, ſi producitur ſcriptura priuata ſine ſubſcriptione teſtium facta concluſione, cum proteſtatione ſalua productione ſcripturarum, Afflic.ca.1.ſi de inueſt. inter do. & uaſal.lis or.glo.fi.

Teſtes ſi ſunt plures ſingulares uel plures præſumptiones aut coniecturæ an ex illis integra, & perfecta probatio fieri poſſit, & quæ ad hoc requirantur, Alexan.conſil.21.num. 1.lib.4.

Vna ſcriptura ſupplet pro alia, & ex coniunctione teſtium, ſeu inſtrumentorum reſultat probatio, Bald. conſi.402.par.3.nu.2.

Teſtis unus cum iuramento partis ſufficienter non probat fundamẽtum iuriſdictionis, Barba.cap.cæterum nume.14. de iudi. & cap. pruden-

tiam.nume.10. de off.deleg.
Teſtes coniugi non poſſunt, quando dictum unius elidit dictũ alterius, Aym.conſi.9.num.15.
Teſtem unum pluribus contradicen te non nocere, Bellem.cap.ſi teſtes. nu.24.q.2.& 3.
Teſtes duo ſufficiunt, ut atteſtentur de tempore ſtudii, Rebuf. tract. de nomin. in concor.
Teſtes duo quando non ſufficiunt, & quandoque ſufficit unus, Alberic. de Roſa. C. de teſti. l. iuſiurand. num.13.
Teſtes aliquando iunguntur ut probenr,& ſeparata iunguntur ut faciant plenam probationem, quod qualiter procedat, uide Hippol. cõ ſi.20.nu.49.uol.j.Pari. conſi.152. nu.23.uol.4.
Teſtes ſingulares de duabus confeſſionibus parte præſente non iungũtur, Alexan. conſi.68. nume. 8. libr.3.
Teſtium quando iunguntur plures probationes imperfectæ ad faciendam plenam, Milis uerbo teſtis. num.100.
Teſtis unicus cum iuramento, an & quando probet, Bertac.uerb.teſtes quot & quales.nu.55.& 56.
Teſtis unus non plus iudicem mouere debet quàm actoris iuramentũ, Caccialu. trac. de debit. ſuſpec. & fugit q.6.nu.10.to.16.
Teſtes quot, & quomodo deponant, ut iuramentum in ſupplementum Spe.§.ſanè.de iureiuran.num.75. & ſeq.
Teſtis dictum ubi nihil probat ratione talis teſtificationis non debet deferri iuramentum in defectũ ꝓbationis, Lud.Rom.ff.de no.oper. nunc.l.hoc edicto.nu.22.
Teſtis unus de uiſu, an inducat ſemiplenam probationem,& poſſit iudex deferre iuramentum in ſupplementum, Affl.c.j.§.ſacramentũ.de conſue.rec.feu.
Teſtes dimidiatos ſecundum numerum actui probando à lege præfinitum imperfectè probare, ut ex duobus unus ex quatuor duo. Spec.§. ſanè.de iureiur.nu.76.
Teſtis duo, an faciant ſemiplenã probationem, ita ur deueniatur ad ſacramentum, quando quinq; teſtes requiruntur, Ang.C.de reb.cred.l. bonę fidei.nu.8.
Teſtis ſi non legitimè examinetur nõ facit ut iuramentum deferatur, Alua.rub.de cõnſue.rec.feu.§. ſacramentum.nu.6.
Teſtes duo q̃n requirũtur ꝓ forma ſtatuti in aliquo actu, nunquàm poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis, Iaſ.ff.de lib. & poſth.l.j.nu.25.
Teſtium numerus, ubi eſt de ſolemnitate ſubſtantiali, ſi defecit, actus eſt ex toto nullus, nec tali caſu datur iuramentum in ſupplemẽtum probationis, Zabarel.conſi.73. in fi.nu.7.
Teſtes duo deponentes de interrogatione & alii duo de reſpõſione, an debeant coniungi ad probandũ ſtipulationem, Rip.ff.de uerb. obli.l. ſtipu-

ſtipulatio.nu.55.

Teſtium duorum dicta quę deficiunt ſuper quantitate pecuniæ certa, Iaſ.ff.de iureiurand.l.admonendi num.75.

Pluribus teſtibus in unam ſententiā concordantibus poteſt ferri ſenten tia,ex quo actor probat plenè,nec defertur iuramentum,Spec.tit. de iuramen.dela.nu.2.

Teſtis dictum præſumitur uerum.

Teſtis dicto ſtatur quod præſumitur uerum, Bal.conſ.273.part.j.nu. 5. Abb.c.conſanguinei.n.3.de re iudi.Aym.conſ.31.nu.3.

Teſtis dicto ſtandum eſt, Tind. tract. de teſti.c.14.nu.j.Affli.de feu.c.j. ſi de inueſtit. inter do.& uaſal. lis or.not.6.

Teſtium dicto ſtandum eſt ſi nihil in eorum perſonis obreptū eſt,Franc. Cur.tract.de teſt.nu.75.

Teſtis poteſt eſſe uerax, & mendax in quolibet ſenſu,Bal.in rub. C. ſi ex fal.inſtru.nu.2.

Teſtis deponens de ueritate debet eſſe omni exceptione maior, Ang.ff. ad l.Iuliam maieſt.l. ſi quis alicui. num.4.

Teſtis ueritas quid inducat,Bal.conſ. 355.par.1.nu.3.

Teſtimonium erit ueritatis manifeſta tiuum cū probatione clara,Alua. rub.quot teſt.ſunt nece. ad probā. feu.ingra.c.j.nu. 2.

Teſtimonium de ueritate reddere eſt præcipuum inter omnia terrena, Affli.deciſ.255.nu.7.

Teſtes ab utraque parte inducti ſi cōcordant ſequenda ſunt eorum dicta,Spec.tit.de teſt.§.2. nu. 4.

Teſtis an & quatenus ſibi præiudicet.

Teſtis dictum habetur pro confeſſione quatenus aliquid deponit contra ſe,Gemi.c. accuſatus.§.licet. n. 4.de hęre.Butr.c.inquiſitionis.nu. 26.de accuſ.

Teſtis dictum ſine iuramento extraiudicium,an quantum ad ipſum teſtē cōfeſſionis extraiudicialis uim habeat, Tynd.tract.de teſt.c.7.nu. 1. & 6.& c.8. num.2. & cap. 89. & cap. 13. num. 1. & cap. 11. numer.1.

Teſtis dictum ſeu tabellionis, ſi probat ueritatem multofortius confeſſio,cui regulariter ſtandum eſt,Cal can.conſi.36.nu.61.

Teſtis deſcriptus in aliquo inſtrumento,an præiudicet ſibi reſpectu contentorum in eo, Abb. c. ex literis. nu.6.de tranſac. Milis uerb.teſtis. nu.29.& 106.

Teſtificādi munus in contractu ſuper re mea uel alia, cui contradicere uolebam ſi fiat ſcienter mihi præiudicat,Butr.c.ex literis.nu. 14.de tranſa.Imo.conſ.169.nu.9.

Teſtis contractui accedens non cenſetur renuntiare iuri ſibi competēti in re in contractum deducta, Al beric.

beric. de Roſa.2. de lega. l. Titia. num.6.

Teſtes adhibiti in teſtamento non ſibi præiudicant, Tiraquel. de retracta. nu.140.

Teſtis an poſſit eſſe iudex in cauſa in qua depoſuit, Imol. de teſt. c. cum à nobis. nu.5.

Teſtibus in teſtamento deſcriptis legari poteſt, Paul. de Caſt. l. ſi quis. nu.2. de teſta. & l. dictantib. n.2. Fulg ibi nu.1.

Teſtes qui negocio interfuerunt inſtituere licet, Nell. tracta. de teſtib. num.101.

Teſtis teſtificans contra teſtamentum perdit legatum, Alb. de Roſ.2. in fort. de his, qui ut indig. l. poſt legatum. nu.2.

Teſtis quando à relicto cadat, Goſred. ff. de his quibus, ut indig. l. poſt legatum. §. ætati, nume.12.

Teſtificans contra benemeritum ſeu propriam patriam, an perdat beneficia ſibi impenſa, uel priuilegia ſuæ ciuitatis, Cortas in ſacer. n.17 de poſtul. l. 1. c. 2.

Teſtes ſi per partem requiſiti ſint infra tempus ut teſtificarentur, & teſtificati non ſint eis imputandum erit, Butr. tracta. de teſti. nu. 47. & reliqua.

Teſtis errans tenetur ad intereſſe propter culpam ſicut propter dolum, Bal. l. presbiteri. in fin. C. de epiſc. & cler.

Teſtium quis præferatur, & qua tenus ab arbitrio iudicis id pendeat.

Teſtibus quibus eſt potius credendũ uide Bart. circa materiam teſtium. uerſ. dictum eſt, Butr. c. in noſtra. nu.2. de teſti. libr.2. part.2. & ibi Abb. num.1. Baragor. tract. de proba. teſt. nu.72. Barbat. c. ex literis. num.18. de proba. & conſi.29. nume.3. Franc. Cur. tracta. de teſt. nu. 39. & ſeq.

Teſtibus non concordantibus aliquãdo plus uni creditur quàm alteri ſecus in inſtrumentis. Alb. de Roſ. C. de teſti. l. iuſiurandi. nu.9.

Plures teſtes ſi pluribus teſtibus contradicant, quibus ſit fides adhibenda, Specul. tit. de teſte. §. 12. num. 8. Cyn. C. de fid. inſtrumẽ. l. in exercendis, nu.3. Alb. de Roſ. tract. de teſt. nu.20. Butr. trac. de teſt. nu. 54. Bal. c. in noſtra. nu.7. & num.4. Anch. c. licet cauſam. de prob. nu. 15. Saly. ff. de teſt. l. ob carmen. nu. 2. Barbat. conſ. 54. nu.3. & conſ.6. nu.13. uol.2.

Teſtis unus quid iuris ſi contradicit pluribus, Bald. c. in noſtra. num. 3. de teſti.

Teſtes ſi ſint equales in numero probandi ſtandum erit minori parti, ubi unus ſibi in ſuo dicto contradicit, Bur. c. licet. nu.41. de proba. lib.2. par.2.

Teſtes quando ſint cõtrarii, & quot teſtes uincant alios teſtes. Item ſi ali

qui

qui teſtes dicant ſe uidiſſe aquas inundare, alii dicant ꝙ non, quid faciendum ſit per iudicem, & an teſtis poſſint declarare dictum ſuum & an & quando iudex poteſt ueni re ad torturã, ut ueritas eliciatur à teſtibus, & quid iuris, quando teſtis dicit unum in una inſtantia, & aliud in alia, Bal. conſi. 101. part. 1. num. 1.

Teſti quanta fides ſit adhibenda, iudex magis poteſt ſcire. l. teſtium. §. ideo. ff. de teſti.

Teſti quanta fides adhibenda ſit, Specul. de teſt. §. poſtquàm, per totum.

Teſtium fides eſt in arbitrio iudicis Barbát. cónſ. 7. nu. 7. uol. 2. Pariſi. conſ. 170. nu. 2. uol. 4. Bertac. uerb. teſtium. nu. 10. & uer. teſtes quot & quales. nu. 53.

Teſtibus quibus uoluerit, ſi ſunt pares, an poteſt iudex credere, Barba. conſ. 25. nu. 3. uol. 4.

Teſtibus paribus quid iuris ſi uterque eſt actor, Bald. c. in noſtra. nu. 5. de teſti.

Teſtes tui ſi deponunt contrariũ, his quæ mei dicunt iudex, quid conſiderare debeat, Baragot. trac. de proba. teſt. num. 73. & ſeq. Azo in sũma. C. de teſt. nu. 40. Rebuf. de annatis in concor. fol. 267.

Teſtes qñ ſunt pares iudex poteſt ꝓ animi ſui motũ adherere alterius teſtibus, & alterius, non & qñ, Bal. l. cum magiſtratus. C. quando pro non eſt neceſſ. num. 12. Nell. tract. de teſt. nu. 230. Dec. de proba. c. ex literis. num. 3. Rebuſ. cócor. de annatis. car. 267.

Teſtibus ab eadem uel diuerſa parte productis ſibi tamen contrariantibus, quibus iudex gratificari debeat, Butr. c. cum in noſtra. n. 8. de teſt. l. 2. par. 2. Fran. Cur. tract. de teſti. nu. 42.

Teſtium uerba licet clarè probẽt poſt tamen iudex illis fidem non adhibere, Bal. cóſ. 33. nũ. 9. uol. 5. Paul. de Caſtr. l. Lucius Titius. num. 4. de infa. Barbat. c. licet cauſam. de proba. num. 43. & c. ex parte tua. num. 13. ff de offi. deleg. Dec. conſi. 350. num. 2. & conſi. 448. num. 29. & conſ. 596. nu. 3. Franc. Curt. tracta. de teſti. num. 99. Gramatic. conſi. 30. num. 9. in ciuil. & deciſ. 39. nu. 46.

Teſtes ſi probant ſecundum uerba eorum ſi tamen iudici uideatur illis non eſſe credendum aliqua de cauſa, poteſt illis teſtibus non credere debet tamen cauſam exprimere in actis, ne teneat poſtea in ſindi. Hippo. in ſing. 114. inci. uulgatum, circa fin. & conſi. 1. num. 72. & conſi. 75. num. 31. uol. 1. Barba. c. ſi quando. nu. 14.

Teſtibus plenè deponentibus poteſt iudex ex cauſa fidem non adhibere, cauſa eſt quando deponunt nõ ueriſimilia, Aymon. conſil. 134. num. 37.

Teſti quando iudex non tenetur credere, Barbat. conſ. 75. nu. 3. & cóſ. 83. nu. 1. uol. 4.

Teſtibus credẽdum eſt, adeo quòd iudex

dex in dubio credere debet, niſi alia cauſa ſuadeat, Fel. c. cum ueniſſet. de teſti. nu. 2.

Secundum teſtium dicta iudicandũ eſt, niſi pars aduerſa aliud probet, de prob. c. tertio loco. col. 4.

Pluribus numero ſtandum eſt.

Teſtes cum ſint eiuſdem honeſtatis ſtandum eſt numero teſtium, de teſti. c. in noſtra. colum. 1. Alberi. de Roſa. tracta. de teſt. Bal. conſ. 455. par. 4. nu. 3. But. c. cum dilecti. nu. 26. de elec. li. 2. part. 3. Ancha. c. in noſtra. de teſt. nu. j. Paris de Pu. tra c. de ſindi. nu. 47. Soc. conſ. 254. n. 2. uol. 2. Corn. conſ. 232. nu. 3. uol. 2. Hippol. conſ. 113. nu. 47. uol. 2. Afflic. deciſ. 363. nu. 6. Ruy. uo. 4. conſ. 5. nu. 5. & conſ. 145. nu. j. uol. 5. Bertrand. par. 1. conſ. 12. nu. 10. Soc. iun. conſ. 159. nu. 13. uol. 2. & conſ. 144. nu. 50. uol. 2.

Teſtium maiori numero ſtatur etiam in teſtibus ab eodem & parte productis. Grama. conſ. 7. num. 12. & conſ. 154. nu. 13. in ciuil. & uot. 2. nu. 17.

Teſtes plures quando unum uincant, Belle. c. ſi teſtes. 4. q. 2. & 3.

Teſtis non legitimè receptus facit p̃ualere teſtes ei conformes, Bal. c. j. §. duo. de pac. ten. Alex. conſi. 93. uolum. 4.

Diuiti potius, quàm pauperi.

Teſti diuiti potiuſquàm pauperi credendum, eſt Monac. tracta. de defenſ. iur. Steph. Aufr. trac. de teſt. n. 13. tom. 13. Butrius tractat. de teſti. nu. 23. to. 13. Bagarot. tracta. de repro. teſ. n. 20. to. 13. Bat. Cep. tra. de impe. mili. delig. §. diuitiis. nu. 11. to. 5. Ay. conſ. 6. nu. 29. Gomeſ. c. 1. de reſcri. nu. 71. in 6.

Teſti Pauperi fideli an magis credendum quàm diuiti mendaci, Fulg. ff. de teſt. l. teſtium. nu. 2.

Digniores minus dignis.

Teſtibus in dignitate exiſtentibus magis creditur quàm his qui nõ ſunt. 4. q. 3. uer. item iuſiurandi etiã l. 3. de teſt. Spec. tit. de prob. §. 2. nu. 13. & uer. quæritur. de deleg. l. ob carmen. ff. de teſti. Placen. tract. de expedien. lud. nu. 4. Alb. de Roſa. ff. de fid. inſtrum. l. in re. nu. 1. & l. ſi plures. num. de accuſ. Bart. l. teſtium. nu. 1. ff. de teſti. Abb. c. imputandũ. nu. 3. de fid. inſtr. & c. cũ ſuper. nu. 14. de renun. Sal. C. de teſti. l. iuſiurandi. nu. 5. & C. de fide inſtr. l. ſcripturæ. nu. 5. Nepos tra. excep. nu. 81. Mona. trac. de defen. iur. §. quia. nu. 9. to. 3. Barba. conſ. 25. nu. 2. uol. 4. Fulgo. C. de teſti. l. iuſiurandi. nu. 1. Bar. Cep. cõſi. 60. num. 2. & conſi. 24. num. 11. Cor. conſi. 198. num. 18. uolum. 2. & cõſi. 309. num. 7. uolum. 4. & conſil. 312. uol. 1. Fel. c. in noſtra, de teſti. nu. 1. Dec. conſ. 343. nu. 2.

Teſtes ſi contrariantur adinuicem ſiue producantur ab eademmet par

te ſiue à diuerſis ſepe'ſtat dignioribus, Ang.C.de fid.inſtru.l.ſcriptu ræ.nu.2.

Teſtiũ ad teſtimoniũ adhibendorũ cõditio inſpicienda, Alua.rub. an remoue.c.deb.teſt.qui par.c.j.nu.j.

Teſtium examinatorum qui digniores habeantur, Barbat. c. ex literis. nu.20. de proba.

Teſtes debent attendi qui ſint digniores,& plures, & fama, quæ præceſſerit ex uerifimilibus, Alex.cõſ. 42 nu.7.lib.2.

Teſtiũ dignitates corroborat, & cõfirmat dictũ eorũ & omnib. parib. ſi fama concurrat, facit præualere ꝓbationem, cum qua concurrit, Albe.de Roſ.ff. de teſt.l.teſtiũ.nu.19.

Teſtis quãto magis in dignitate 'eſt ei tanto magis creditur, Bar.tract. de teſti.nu.12.

Teſtiũ numerus an potius attendatur Alb.de Roſ.ff.de teſt.l.ob carmen. nu.5.Bar.l.iuſiurandi.C.de teſt. n. 8.Io.And. in noue.c.in noſtra.col. 1.circa prin.uer.in noſtra. de teſti. & ibi Butr. & Belle.n.i.Imol.de teſti. & atteſt.c.cũ in tua.n.1.Belle.c. homo Chriſtianus.nu.2.Bero. c. licet cauſam.de prob.n. 57.Mil. uerbo teſtis.nu.88.

Teſtibus dignioribus.ẽt paucioribus. numero'credat magis quàm pluribus numero, ſiue ab eadem parte, ſiue diuerſis producant, Bar.l.ob carmẽ §.ſi teſtes.nu.1.ff.de teſt. Abb. n.6. &'Imo.n.1.& 7.de teſt. Nepos tra. de excep.nu.87.Mona.trac.de defen.iur.§.quia.nu.9. to. 13. Alex. conſ.27.nu.6.li.2.Fel.cõſ.50. nu. 29.Cor.cõſ.196.n. 3.uol.j. Hippo. conſ.2.nu.13.& cõſ.51.nu.22.uolu.j.Goza.conſ.13.nu.59. Bero.c. ex literis.nu.29.de prob.Bert. uer. teſtes quot & quales.nu.51.

Teſtiũ authoritas multitudini pręfertur, fallit ubi numerus multum excedit, Butr. c.in noſtra.n.3. de teſt. lib.2.par.2.Fran.Cur.trac.de teſti. nu.35.& 36.

Teſtium authoritas,& integritas nunquam efficit, ut pauciores pluribus præferantur, Fed.Schen.tract.de teſti.nu.55.

Teſtiũ multitudo præfertur teſtiũ dignitati, niſi dignitas ſit ualde magna.c.in noſtra & ibi gl.de teſt.

Teſtiũ multitudini reſpiciẽdũ nõ eſt, ſed ad ſincera teſtimoniorũ fidẽ & quib. ueritatis lux potius aſſiſtit, Gui.de Suza.trac.ord.iud.nu.103.

Teſtis cõditio, ſeu uita in primis attẽdẽda eſt, Nepos tra.de excep.n.86. Fran.Cur.trac.de teſt. nu. 36.

In teſtibus attẽdenda ſtatus dignitas fidei puritas, & morum grauitas. 4.q.3.c.teſtes.§.ſeq.col.4.

Teſtes duo digni,& honeſti præferuntur mille ribaldis & uilib. Abb. c. in noſtra.de teſt.nu.4.q.3.Fel. c.in noſtra.de teſt.n.1.Boer.q.200.nu. 5.par.1.Mil.uerb.teſtis.nu. 83.

Teſtium duorum dictum an eneruetur per dictum unius dicentis contrariũ, Bal.l.1.ff.de uen. inſpi. Hippo.ſing.61.inci.dictum.Bertr.par. 3.conſ.99.nu.2.

Teſtis contradicens teſti eneruat fidẽ

ſuam & alterius, niſi unus eſſet dignioralteroFran. Aret. conſ. 71. n. 3. Hippol. ſingul. 488. incip. dignitas.

Teſtium propter maximam legalitatẽ, iudex ad credendum ipſis induci poteſt, Dec. conſ. 463. nu. 24.

Teſtes etiam ſuper indirectis contrariis plures, uel digniores præferuntur non autem pares, quia priores præferuntur, Abb. capit. in noſtra de teſti.

Teſtes decem ſi deponunt in iudicio ſummario, in alio duo, uel tres deponunt contrarium, & ſtabitur iſtis duobus uel tribus contra illos decem non habita conſideratione dignitatis, & numeri, Anchar. c. cũ in tua. num. 3. de teſt.

An magis credatur quatuor teſtibus deponentibus puerum extractum de utero matris mortuũ quàm duobus dicentibus cum uiuum, & qualiter deponunt tam hi quàm illi & qualiter aſſignent rationẽ, Bald. cõſi. 69. par. 5. num. 2.

Nobilis ignobili.

Teſtis nobilis præfertur ignobili. 4. q. 3. §. teſtium fides & ibi glo. Specul. rubr. de dona. inter ui. & uxo. col. 4. Bonaccur. tracta. de nobil. par. 2. nu. 36. tom. 13. Hippol. conſil. 65. nu. 43. uol. 1. Socin. Iun. conſi. 189. nu. 37. uol. 2. Aym. conſi. 6. nu. 28.

Teſtes nobiles etiam pauci præferuntur multis ruſticis, Felyn. ca. in noſtra. num. 12. de teſti. Ruyn. conſil. 155. num. 6. uol. 5.

Teſtes nobiles non præferuntur cæteris ſi ſunt participes criminis, Ruy. conſ. 158. uol. 5. nu. 12.

Teſtes nobiles quãdo ignobilibus ſint præferendi, Ruyn. conſi. 158. num. 14. uol. 5. ubi dicitur ignobiles præferri, ſi deponant pro reo.

Clericis quàm laicis.

Teſtibus duobus laicis, quo caſu magis quàm duobus clericis ſtandum ſit, Barbat. c. in præſentia, nu. 33. de probatio. Dec. conſi. 109. n. 5. Ruy. conſi. 137. uol. 5. nu. 2.

Teſtimoniũ Clerici plus ualet, quàm alterius, Specul. c. per ueſtras de donat. inter uir. & uxo. Barbat. c. ſuper literis Dec. conſi. 448. nume. 76. Pariſ. conſi. 88. nu. 30. uol. 3. Franc. Curt. tract. de teſt. nu. 23. Ruy. cõſi. 1. nu. 20. uol. 3. Soc. iun. conſi. 100. nu. 30. uol. 2.

Teſtimonium quatuor clericorum tãtum ualet, quãtum laicorum, Soc. Iun. conſi. 23. num. 4. uol. 3. Socin. conſil. 109. Aym. conſ. 169. nu. 3.

Teſtibus laicis creditur me non deliquiſſe potiuſquàm clericis contrarium deponentibus, licet clerici digniores ſint laicis, Hippo. cõſi. 132. nu. 15. uol. 2. Berta. uerb. teſtes quot & quales. nu. 80.

Teſtimonium maioris fidei, ut ſacerdotis non magis credit quàm pluribus, Alex. conſi. 44. num. 5. lib. 7. But. c. in noſtra. nu. 14. de procura.

Teſti habenti curam animarum, an magis

magis credatur quàm duobus lega libus, Corn.conſ.261.nu.31.col.4.

Maſculi fœminis.

Teſtes duo maſculi præferuntur duabus fœminis, Specul.ca.per ueſtras col.1. Fulgoſ.ff.de ſenat.l.conſulari.num.5.Ludo.Roma.ff.de recep. arbit. ſuper rubr.nume.32. Barba. conſi.64.col.2.uolu.3. Alex.conſi. 226.num.3.lib.6. Corn.conſi.319. nu.j.uol.j. Nepos tracta. de excep. nu.38.tom.13.Felyn.ca.in noſtra de terti.nu.12. Hippol.conſi.2.nu. 21.& 51.nu.42. & conſi.65.num. 45.uol.j. Lambert.ar.19.q.5.prin. 3.par.lib.2.num.2. Gramat.conſi. 30.num.j.in ciui.Prob.in Io.mon. c. ſtatutum.nu.11.de hære. Aym. par.j.ſec.quæritur etiam. num.12. tracta.de antiq.temp.

Teſtes maſculi præferuntur teſtibus fęminis etiam in caſibus, in quibus eſſe poſſunt teſtes, Abb.cap.ſotus de uerb.ſignifi.

An magis credatur tribus uiris, quàm quatuor mulieribus, Bald. conſil. 455.par.4.nu.3.

Teſtes mariti pręferuntur teſtibus uxoris aliàs in probanda potentia naturæ, Bertach.uerb.teſtium impugna.nume.100.

Teſtimonium maſculorum præfertur teſtimonio fęminarum, niſi fęminæ tendant in fauorem rei, Hippo.conſi.51.nu.42.uol.1.& conſi.65.nu. 45.uolu.1.& in l.unius §.in ea cauſa ff.de quæſt.

Teſtis uirginis dicto potius quàm corrupte uiduæ, uel maritatæ ſtabitur Barba. ca.cauſam matrimonii.nu. 13.de proba.

Teſtimonium matronarum in uirginitate probanda præfertur aſſertioni uiri, Anchar. ca.propoſuiſti.num. 1.de probat.

Senes iunioribus.

Teſtimonium ſenis, an præferatur teſtimonio iunioris, Abb.ca.quoties. nu.2.n.3.de teſt.Ludo.Roma.ff.ſi cert.pet.l.cum quid.nu.6. Barbat. conſi.54.col.1.uolu.3.Soci.l.cum quid ff.ſi cert.pet. nu.16.Feli.c.quoties.nu.3.de teſti.

Teſtis ſenior præfertur iuniori, Bart.l. cum qnid.nu.8. ff.ſi.cert.pet. Ioan. Andr.in no. c.licet.col.4.cir.med. uer.in glo.4.de teſti.Ang.ff. de.reb. cred. & cer.condi.l. cum quid.nu. j.par.2. Sali.ff.ſi.cert.pet.l.cũ quid nu.6. Seyſel.l.gallus.in princ.ff. de lib.& poſthu.nu.14. Barba.traç.de præſt.Cardi.q.j.nu.42.to.23. Nell. trac.de teſt.nu.101.tom.13.Franc. Cur.trac.de teſti.nu.21.Dec.conſi. 443.nu.26. Iacoba. de conc. facie. 62.col.j.litera a Bertac.uerb. teſtes quot & quales.nu.52.

Teſtes ſeniores præferũtur iunioribus ſi ſunt eiuſdem dignitatis, Paul.de Caſt.l.ſi quid.num.8.ff. ſi cert.pet.

Tabellio non tabellioni.

Teſtes tabelliones præferuntur non ta-

bellionibus, Lud. Rom. ff. de recep. arbit. ſuper rub. n. 31. Bal. cóſi. 384. par. 2. nu. 8. & conſ. 402. par. 5. nu. 7. Grama. deciſ. 60. nu. 10. Bero. c. ex literis tuis. nu. 33. de proba. Bert. uerb. teſtium impugna. nu. 105

Teſti uni præfertur notarius & etiam æquiparatur duobus teſtibus, Grama. deciſ. 60. nu. 11.

Teſtes tres, qui Notarii non ſunt, an duobus Notariis pręferẽdi ſint, Barba. c. licet. cauſam. nu. 56. de proba.

Teſti uel Notario cauſæ iudicialiter deponent. cui plus credendum ſit Franc. Curt. trac. de teſti. nu. 121.

Vicinus non uicino.

Teſtib. uicinis magis quàm extraneis credi, Mattheus de Afflic. tract. de iur. prothomi. in rub. nu. 12. to. 16. & in c. ſi tres, uel plures, de pace tenenda.

Teſtis uicinus pręfertur in teſtimonio uiciniæ teſti non uicino, Corn. conſi. 245. nu. 6. uol. j.

Teſtes uicini præferuntur teſtibus nõ uicinis in probandum poſſeſſione, Fely. c. in noſtra. nu. 12. de teſti.

De uiſu his qui non uiderunt.

Teſtes de uiſu deponentes præferuntur teſtibus de auditu, Alex. l. quod meo §. ſi uenditor de acqui. poſſ.

Teſtes duo de actu corporali, & uiſibili deponentes decem teſtibus deponentibus de actu materiali, ſeu inuiſibili deponentibus, præferẽdi ſunt Amod. de Caſtel. trac. de ſindic. nu. 188. to. 14. Franc. Brun. trac. de indi. & tortu. q. 5. par. 2. nu. 41. to. 15.

Teſtibus duobus deponentibus de guſtu uini magis creditur quàm de uiſu uini deponen. Ant. Roſ. tractat. de ſucceſ. ab inteſt. nu. 5. tom. 11.

Iurati non iuratis.

Teſtis dictum cum iuramento plus uidetur debere probare quàm ſine iuramento, Tind. trac. de teſti. par. 1. c. 8. nu. 7. to. 13. Specul. de teſti. §. j. uerſi. quid ſi ſunt tres.

Teſtis iurati dicto ſtandum eſt & præualet dictum iurati dicto non iurati, niſi pro dicto non iurati ſint pręſumptiones, Abb. c. literas. num. 2. de præſumpt. Hippol. ſingul. 268. incip. remotum.

Teſtimonium, & fidei quantitatẽ non uidetur augumentare aſſertio iurata, Butr. c. per tuas. nu. 6. qui fil. ſint legi. lib. 4.

Reddentes rationem dicti ui non reddentibus.

Teſtes de cauſa ſcientiæ deponẽtes pręferuntur deponentibus ſine cauſa, Ludo. Rom. ff. de recep. arbit. ſuper rub. num. 10. Lud. Roman. de ope. no. nunc. l. hoc edicto. nu. 18. Tind. trac. de teſt. nu. 2. Barb. c. ſi quando nu. 23. Felin. c. in noſtra de teſti. nu. 11. Dec. l. bene eſt. ff. ſi cert. pet. nu. 19. Ruy. conſ. 145. uol. 5. nu. 6. Grama. conſ. 30. nu. 5. & 7. in ciuil. Berta.

ta.uerb.teſtiũ impugnatio.nu.87.

Teſtibus duobus deponentibus cum ratione magis creditur quàm pluribus deponentibus ſine ratione, Scy ſel.l.1.in prin.ff.de noui ope.nunc. n.22.Fran.Cur.trac.de teſt.nu.55.

Teſtes quando ſunt contrarii illi præualent, qui meliorem cauſam reddũt,Nell.trac.de teſt.nu.161.Alex. conſi.27.nu.6.lib.2.Dec.cõſi.302. nu.18.Prob.in Ioan. Mon.ca.quia cunctis.nu.28.de conceſſ.præben.

Teſtis reprobatorius, ſi interrogatus nõ reddit cauſam,nõ probat ita perfectè, ſicut ille qui bonam reddit, Nell.tracta.de teſti.nu.160.

In ſpecie quàm in genere deponentibus.

Teſtibus in ſpecie deponentibus,magis creditur quàm his qui in genere, Albe. de Roſ.ff.de leg.1.l.turpia Nico. de Neapol. l turpia de lega. Alex.l.obcarmen §.de teſti. & cõſi. 150.nu.17.lib.5. Hippo.in practi. §.diligenter.num.199. Pariſ.conſi. 88.nu.31.uol.3.Fran. Cur.trac.de teſt.nu.20.Dec.conſil.448.nu.57. Aym.conſi.94.nu.3.

Conformantibus ſe cum iure communi,uel alia iuris preſumptione.

Teſtibus de ſana mente teſtatoris deponentibus, magis creditur quàm cæteris teſtibus contrarium deponentibus, uidentur.n. deponere de qualitate naturali intrinſeca, quæ à natura ineſt cũ homo naſcatur bene ſenſatus,Grama.deciſ.105.n.22.

De metu potiuſquàm de ſpontanea uoluntate deponentibus.

Teſtibus de ſpontanea uoluntate probantibus, an magis credatur quàm coactè probantibus, Nell.tracta.de teſti.nume.225.

Probare ſpontaneam uoluntatem contra probationem meticuloſæ uoluntatis eſt impoſſibile, Iaſo. §. quadrupli.nu.72.inſt.de act.

Teſtibus per metum, uel uim deponẽtibus magis creditur quàm deponẽtibus de uoluntate, Bald.l.obſerua. §. proficiſci q.3. de off.proconſ. & leg.& in trac. ſcis. col.10. Ludou. Rom.in rubr.de arb.col.9. Barba. cõſi.54.nu.2.& c.licèt cauſam.nu. 57.de proba.Iaſ.uol.2.conſi.227. incip. Carolus olim Illuſtriſſimus, &c.ad fi.1.partis.

Teſtibus paucioribus deponẽtibus ꝙ aliquid per metum factum fuerit, ſtatur quàm pluribus contrarium deponentibus, Barb.c.cauſam.nu. 22.de off.deleg.Franc. Curt.tracta. de teſt.nume.117.

Teſtibus duobus deponentibus de cõfeſſione per uim extorta,decem aũt de ſpontanea, q̃bus magis credatur Bal.trac.de ſind.nu.45.tom.14.

Teſtibus duobus deponẽtib.de ui,uel metu potius creditur quàm centũ de mera uoluntate in materia renũtiationis, Lud. Roma.ff. de recep. arbit.

arbit.ſup.rub.nu.22.Dec.l.in omnibus cauſis.nu.8.de reg.iur.Tho. Gram.conſi.91.nu.10.in ciuil.

Teſtibus duobus deponẽtib.de metu, magis creditur q̃ mille de ſpõtanea uolũtate deponen. Abb.c.j.nu.10. q̃d met.cau.de teſt.co.Iaſ.l.interpoſitas.nu.5.C.de tranſ.pa.j. & §.quã diu.n.71.tit.inſtituti. Grã.dec.103. nu.60. & conſi.95.nu.41. in ciuil. Boer.q.100.nu.3.par.j.

Teſtes aliqui ſi dicãt ꝙ renunciatio facta fuit uoluntariè duo dicũt ui, & metu factã eſſe, qualiter ſtandũ ſit, Bart.tract. de arbi.nu.46. tom.12.

Teſtes deponẽtes de bonitate alicuius ꝑferunt teſtib. deponentib. de malo, Aym.cõſ.145.nu.15.& conſ.20. nu.6.& conſ.9.nu.8. & conſi.151. nu.20.& conſi.6.nu.63.

De bona potiuſquã de mala ſama deponentibus.

Teſtibus hincinde productis famã & infamiã probantibus, cui ſtabitur, Spec.tit. de inqui.§.3.nu.12. Abb. ca.cum oporteat.nu.10.de accuſa.

Teſtis unicus de infamia alicuius, an prǫualeat cõi opinioni cõtrariæ Ber ta.uerb.teſtes quot & quales n.87.

Teſtib.numero æqualibus potius creditur illis,qui ſuper bona fama deponunt quàm quib. ſup mala,Cor. con.186.uol.4. Dec.l.furioſum C. qui teſta. face.poſſ.nu.22. & conſi. 448.nu.12.Fran.Curt.trac.de teſt. nu.95.Goza.cõſ.13.nu.28. Prob.in Ioan.Mon.c.eos.nu.5. de temp.ordi.Cor.cõſ.261.nu.20.uol.4.Bald. cõſi.79.nu.5.nu.j. Hippo.cõſi.44. nu.20.uol.j.& cõſ.72.nu.2.uol.2.

Teſtis ſi diceret aliquem infamatum, & cõmunis uox uiciniæ ipſum infamatũ non habeat, ẽt præſentibus teſtibus, uox cõis præfertur,Ioã.An. in nou.c. inquiſitiones. col.2.circa prin.uer. dicebat, de accu.Bellem. §.ſoli. teſti.nu.3.4.q.2.& 3.

Teſtes ſpetialiter examinati ſuper mala fama alicuius ꝑferuntur teſtibus generaliter deponentibus de bona fama, Hippol.l.de minore §.plurimum.nu.92. Socin.iun.conſil.88. nu.18.uol.2.

Teſtes pauciores ſi dicant quẽ malæ famæ præualẽt pluribus quia dicũt eum eſſe bonæ famæ, Archid. 2.q. 4.c.omnibus.nu.3.col.j.

Teſtes mille ſi dicerent rem eſſe bonæ famæ, & pauci contrarium dicerẽt purgatio indiceretur, Paris de Put. tracta.de ſindi.nu.15.

Probatio bonę famæ in genere nõ tolleret probationẽ malæ famæ in ſpecie,Hippol.conſi.44.nu.21.uol.1. Pariſ.conſi.24.nu.45.uol.j.

De minori ſumma deponẽtibus.

Teſtes duo ſi dicunt, ꝙ quidã ſundus ualet centum, & non plus.duo dicunt quòd ualet ducentis, cui dicto ſtandum eſt, Butr.trac. de teſt. nu.62. Afflic.trac. de iur. prothomis.in rub.§.ut intra.nu.13.

Teſtes ad inuicem repugnantes non ſimpliciter,ſed ſecundũ quid, quia unus

unus de maiori, & alter de minori teſtatur, ſtatur minori, Nel.tract.de teſt.nu.216.

Teſtibus duobus de maiori ſumma æſtimationis Domorum ſtatur, licet ſint plures de minori, Alex. conſi. 64.nu.1.lib.2.

Teſtibus ex duobus productis, ab eo qui petit quinque ſi unus de quinque deponit, & ſecundus de decē, an debitum ꝓbatum ſit, Io. Andr. in nouel.ff.de arbit.l.ſi ex trib. nu. 2.Berta.uerb.teſtis.impu.nu. 71.

Teſtium qui præferantur cōia.

Teſtes priuatę perſonæ pares numero præferuntur teſtib.fiſci in cā fiſci & priuati, l. non puto.& ibi Dyn.& Bar. ff.de iur.fiſc. But.cap. noſtra. de teſt.& Mateſi.tract. opi.

Teſtium ualidior eſt uiua uox, quàm mortua, Azo in ſumma. de teſti. in rubr.nu. 1.

Teſtium qui præferantur plura cumulat Bar.conſ.25.col-5.uol.4.

Teſtimonio conſanguinitatis præferūtur parentes omnibus aliis, & quare potius admittantur quàm extranei in teſtimonio conſanguinitatis Butr.c.uidetur, qui matri. accuſ. poſ.lib.4.

Teſtiū dicta cōcurrendo ad ſubſtātiā cauſę negocii principalis ꝑ diuerſa uerba inter eos, maior fides eis adhibēda eſt, quia uidētur nō ꝑmeditato ſermone deponere, Gram. cōſ. 39.nu.5.in ciui.Prob.in Io. Mo.c. Romana.nu. 17.de teſt.

Teſtibus quomodo magis creditur, q̄ corrupto, Butr.c.quoniam.nu. 23 de prob.lib.2.par.2.

Teſtibus pro priuilegio deponentib. ſtari debet, Barba.c. licet cauſam. nu.48.de prob.

Teſtes in humaniorē ſententiam declinantes potius ſunt ſequēndi, Spec. tit.de teſte.§.12.nu.7.

Teſtimonium nullum maius q̄ qualitas inſpecta uerborum, Th. Gram. conſ.105.nu.2.in ciui.

Teſtib. contra teſtes uniuerſitatis deponentibus, quando magis eſt ſtandum, Affli.deciſ.400.nu.8.

Teſtimonia cōfuſa, & teſtimonia tumultuaria rerum melius, Rebuff. trac.de teſt.art.1.nu.2.to.3.

Teſtibus in nullo obiectatis potius ſtandum, Bertr.par.1.cōſ.75.nu. 2.

Teſtibus de ætate diuerſimodè deponētib.quibus ſtādū ſit, Alb. de Ro. ff.de prob.l.cum de ętate.nu.1.

Teſtes etiā extranei pręferūtur partis aſſertioni, Abb.c.conſultationi. n. 3.de ſponſ.Cur.ſen.conſ.55.n.24.

Teſtes ſi contrariū deponāt eius qđ dixit principalis, ſtatur potius principali q̄ teſtib.Gram.deci.103.n. 61.

Teſtimonium de fama potius eſt teſtimonio de auditu, ꝙ eſt minus in excedentibus hominū memoriā, Bertran.par.2.conſ.260.nu. 8.

Teſtes duo deponentes de uera numeratione plenè duobus affirmantibus magis creditur q̄ negantib. & deponens negationē cenſus, ſi non deponit & negatiuā actus non probat,

bat, Bal. conſ. 80. par: 1. nu. 1.

Teſti noto eſt maior adhibēda fides q̃ extraneo incognito, Abb. in repet. c. cum omnes. nu. 6. de teſt.

Teſtis ueridicus mendaci in teſtimonio præferendus eſt, Nepos trac. de excep. nu. 84.

Teſti plus creditur poſt torturā, q̃ ante, Vital. trac. clauſ. c. de errore teſtis. nu. 6.

Teſtificatio, & libera depoſitio liberi hominis ꝙ tantum ualeat, quantū exorta per torturam à ſeruo, Pau. l. quicunq;. nu. 11. C. de ſer. fug.

Teſtiū probatio illa præfertur in qua datur exceſſus, Grā. conſ. 30. nu. 1. in ciui.

Teſtes de liberatione præferūtur aliis Barba. conſ. 51. col. 2. uol. 3.

Teſtis ſemper bonus in cā criminali præfertur teſti emendato de delicto, Rip. li. 2. interpre. c. cum te. de reſcri. nu. 37.

Teſti deponenti de facto proprio magis creditur quàm ei qui de alieno Ay. conſ. 73. nu. 29. & conſ. 178. nu. 7. uol. 1. Tiraq. de retrac. §. 1. gl. 14. nu. 47. Goza. conſ. 13. n. 60.

Teſtibus æqualibus ſniam pro utroq; litigatore ferendam, Belle. c. ſi teſtes. nu. 1. 4. q. 2. & 3.

Teſtis unius dictū maiorē fidem facit quàm fama, Abb. c. ſuper eo. nu. 7. de conſan. & affi. Prob. in Io. Mon. c. pen. nu. 13. de hæret.

Teſtimonio unius plus fama ualet, de conſang. & affi. c. ſuper eo. col. 3.

Teſtes actoris ſi perſonaliter citati dicant eum ſanum, & teſtes rei poſtea inficiantur, nihilominus excō municabitur, Bella. deciſ. 195.

Teſtes tales præſumuntur quales litigatores reperiūtur, Alb. de Roſ. C. de hæredi. l. quoniam multi. nu. 4.

Teſtium dicta circa quæ attendenda ſunt, Fran. Curt. trac. de teſt. n. 84.

Probatio per teſtes, quæ fit per uocem uiuā eſt efficacior, Imo. c. placuit. nu. 2. de teſti.

Probatio per teſtes, & famam præualet probationi per teſtes contrariæ famæ, Bal. l. proprietatis. C. de proba. Alex. l. de minore. §. tormenta. colu. pen. de quæſtio.

FINIS

PRAXIS CRIMINALIS, AD IVDICES, ET ADVOCATOS

Auctore D. Jo. Maria Monticello Bobienſi. I. C. Clariſſimo.

Regula prima de Inquiſitione.

SVMMARIVM.

1 *INquiſitio regulariter à iure ciuili eſt prohibita. De iure canonico permiſſa.* 2.
3 *Requiſita in inquiſitione.*
4 *Diuerſitas loci & temporis diuerſificat delictum.*
5 *Indicia præcedere debent inquiſitionem.*
6 *Inquiſitio hodie nõ impeditur per ſuperuenientem accuſatorem.*
7 *Inimicitiæ capitales regulariter cauſantur per accuſationes.*
8 *Abſolutus ſemel non poteſt de nouo alia uice de eodem delicto inquiri, uel accuſari, limita tamen ut infr.*
9 *Sententia ab obſeruatione iudicij non parit exceptionem rei iudicatæ.*
10 *Iniuria uni facta dicitur totæ familiæ illata, & offenſo remittente, alij poſſunt proſequi & accuſare, quod declara ut infra.*
11 *Tranſigens præuenire non dicitur.*
12 *Iniuria illata conſanguinei non angũt ciuiliter ſed criminaliter tantum. Offenſus uerò utroque modo.*
13 *Pœna ordinaria delicti non imponitur, quando per uiam exceptionis de crimine fuit cognitum.*
14 *Denunciationis euãgelicæ finis eſt, ut quis emendetur, non ut puniatur.*
15 *Abſolutus in foro poli poteſt accuſari & puniri in foro iudiciali.*
16 *Pœna pro delicto illata & inflicta per iudicem eccleſiaſticum nõ impedit quin reus pro eodem delicto poſſit puniri per iudicem laicũ in delictis mixti. fori.*
17 *Contumax exceptionem litis pendentiæ opponere non poteſt.*
18 *Vſurarius manifeſtus an poſſit puniri.*
19 *Inquiritur ex officio de conſpiratione.*
20 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ex officio ad priuatam utilitatem inquirit*
21 *Inquiri poteſt in cauſis pijs.*
22 *Iudex eccleſiaſticus, ſuſpicante Epi*

ſcopo de parentela inter coniuges poteſt ex officio inquirere de impedimento matrimonij.

23 *Inquiri poteſt ex officio de iuribus Principis.*

24 *Iudex ex officio pōt inquirere adeuitandum ſcandalum.*

25 *Iudex ex officio inquirere poteſt in rebus uel beneficijs eccleſiaſticis.*

26 *Calumniator in quibus caſibus à præſumpta calumnia excuſetur.*

27 *Inquirit iudex contra calumniatorem nemine accuſante.*

28 *Iudex contra officialem ſuum qui deliquit in officio, quando inquirat.*

29 *Partes factioſæ poſſunt in certis caſibus ad pacem pro communi quiete & publica utilitate per iudicem compelli.*

30 *Actio ciuilis ubi ex delicto contra priuatos non oritur parti, tūc nec Reip. oritur criminalis inquiſitio.*

31 *Diffamatio, eſt neceſſarium, ut præcedat, fallit ut infra.*

32 *Teſtes probantes crimen, ſi deponāt ſine diffamatione non præiudicant inquiſito.*

33 *Prætor ſine diffamatione non inquirit, uigente etiam ſtatuto, ut de quolibet crimine poſſit inquirere.*

34 *Statutum, quòd poſſit inquiri ſine diffamatione, non ualet.*

35 *Verba illa, fama publica præcedente, poſita in inquiſitione non probant diffamationem, etſi poſtea reus abſoluatur, an iudex teneatur in aliquo, quaſi doloſè inquiſierit.*

36 *Infamia ſeu diffamatio extraiudicialis ſufficit ad inquiſitionem.*

37 *Dolus iudicis in inquirendo dēt probari per ueras probationes nō autem per coniecturas.*

38 *Fama debet eſſe uehemens & talis quæ ſcandalum generet, niſi inquireretur.*

39 *Fama debet habere originem à perſonis fide dignis, & quid ſi iudex aliter procedat.*

40 *Indicia loco diffamationis ſuccedūt limita ut nu. 42.*

41 *Clericus ſine diffamatione inquiri nequit, minusque torqueri.*

42 *Suſpicio oritur per indicia remota non autem infamia ſufficiens ad inquiſitionem.*

43 *Infamia ſiue diffamatio ſaltem per duos teſtes debet probari.*

44 *Iudex poteſt ad occurendum, ne futurum delictum comittatur, procedere nulla infamia præcedente.*

45 *Teſtes non iurati & infames admittendi ad reuelationem futuri delicti.*

46 *Denunciatione officialis ſine infamia inquiritur.*

47 *Diffamatio non requiritur, ubi de principis mandato inquiritur. Intellige, ſi motu proprio principis inquirat, ſecus ſi ad poſtulationē alterius principis inquiri mandaret. num. 48. Intellige etiam, ſi Princeps effectiue & affirmatiuè dicat, quòd fama ad eius aures peruenit, uel ſibi de tali crimine conſtare,*

conſtare, aliàs commiſſio intelligeretur, dummodo fama publica præcedat. nu. 49.

50 *Denunciatio per ſolum probum uirũ eſt ſufficiens ad inquirendũ contra denunciatum ſuper infamia, qua comperta poteſt inquiri ſuper crimine.*

51 *Præſentia cum taciturnitate in inquiſito non reclamãte ualidat inquiſitionem factam ſine diffamatione.*

52 *Inquiſitio contra officialem in ſyndicatu, uel eius familiam non requirit diffamationem.*

53 *Inquiſitio generalis ſine diffamatione ualet.*

54 *Diffamatio non requiritur in inquiſitione in caſibus, in quibus præceſsit inquiſitio generalis intellige ſano modo ſecundum Maran.*

55 *Inquiritur ꝓ ſalute animæ ex officio ſine diffamatione.*

56 *Inquiſitio ex neceſsitate officij ſine diffamatione ualet.*

57 *Inquiſitio contra ſponte confeſſum crimen ualet.*

58 *Confeſſus ſponte non poteſt opponere de ineptitudine uel inualiditate proceſſus.*

59 *Inquiſitio ex mero officio ualet ſine diffamatione.*

60 *Inquiſitio ſine diffamatione contra perſonam, quæ uerè uel iuris præſumptione ſit de crimine ſuſpecta, ualet.*

61 *Inquiſitionis requiſita de iure non ſerueri de conſuetudine.*

62 *Qualitas qualibet in inquiſitione poſita eſt probanda. intellige ut infra.*

63 *Qualitates omnes in libello accuſatio appoſitæ debent probari, aliàs reus abſoluitur. Intellige de qualitatibus factum alterantibus. nume. 64.*

65 *Probationis defectus qualitatis cuiuſuis delicti uel eius pœnam non alterantis nil operatur, ſiue ſimus in ciuili, ſiue in criminali.*

66 *Dolus in delicto ſemper præſumitur, nec eſt probandus à curia.*

67 *Inquiſitio facta ſine indicijs & fama publica non præcedente dicitur temerè facta, & an iudex teneatur in ſyndicatu.*

Inquiſitio an & quando fieri poſſit, & quæ ſubſtantialia requirat, & quem effectum habeat, & in quibus caſibus intentari poſſit, & latè de eius materia.

1 DICAS † inquiſitionem regulariter à iure ciuili prohibitam eſſe: cautum eſt enim vt ſi nullus accuſet, nullus condemnet, text. eſt in l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem ubi glo. de muner. & honor. Ang. de malefi. uer. hæc eſt quædã inquiſitio. uer. 2. principaliter, Bal.

conſ.124.uol.5. Rober. Maran.in Specul.aduoca.fol.90.Gand.in titulo,quid ſit accuſatio.in prin. Boniſa. de Vital. de inquiſitio. col.2. fol.81.Roma.ſingul.519.Blan. l. fin.num. 5. de quæſtio.ubi ſecundum Gandi. ubi ſupra legitur, CHRISTVM dixiſſe illi mulieri, quæ pro adulterio coram eo adducta erat.Quis te accuſat, ò mulier, & ipſa reſpōdit.Nemo domine, & tunc Dominum dixiſſe, ſi nemo te accuſat, nec ego te condemnabo. Adde Corn. cōſ.33. in prin.uol.4.

2 Iure † verò Canonico de quolibet & ſuper quolibet maleficio inquiritur, & cognoſcitur: quia eo iure inquiſitio eſt remedium ordinarium,ſecundum Barba. conſil.47. col.4. vol.primo dum tamen infra dicenda interueniant & non aliàs.

3 PRIMO enim neceſſarium eſt, vt inquiſitio procedat, vt iudici de corpore conſtet & delictū, de quo inquiritur, eſſe commiſſum.l.prima. §. Item illud ad ſill.ubi Bar.& in l.fin. in prin.de quęſtio. Grama. conſi.35.num.51. Saltem in genere eſſe commiſſum, quāuis neſciatur à quo, ſecūdum Maran.in Speculo Aduocatorum fol.92.nu.17. Io.de Venafro conſ. 131.num.7. Imò plus,ſi inquiſitus de furto ſpōte confiteatur furtum feciſſe, non poterit illum torquere nec cōdemnare,niſi prius uerificatum fuerit, Quod procedit,etiam ſi ille talis ſolitus eſſet furta facere, & eſſet homo malæ conditionis,Bal.auct.en. Sed nouo iure. C. de ſerui. fugi.Io. de Venaf.dicto conſ. 131. Ang.l. certum. C.de confeſſ. Bertran.cōſ. 258.uol. primo.

SECVNDO, Requirit vt delictū, de quo inquirit, dolo uel lata culpa cōmiſſum ſit, alias per leuem uel leuiſſimam inquiri non poſſet. Bal.l. data opera. C. qui accuſ. non poſſunt,Maran.fol.93.nume.34.

TERTIO Requiritur, quod inquiſitio certa ſit, uidelicet ut contineat locum & tempus commiſſi Criminis,ſecundū formam.l.libellorum. de accuſ.aliàs inepta redditur. Maran.in Specul.aduoc.fol.93.Ruin. con.10.in prin.uol.5.& ratio eſt:quia inquiſitio non continens præfata dicitur peccare in forma, & ſubſtātialibus carere.Ideo in ea reus condemnari non poterit, ſed omnino erit abſoluendus, etiam eo non opponente. Quod autem dictum eſt inquiſitionem debere cōtinere locum & tempus commiſſi delicti, aliàs quod redditur inepta, procedit,& uerum eſt in ſpeciali inquiſitione,quæ eſt contra certam perſonam,& de certo crimine,nam tunc debet continere locum & tempus commiſſi delicti,ſecus u[illegible] eſſet in generali inquiſitione,Bal.cōſ.490. incip.de ſola ſurreptione inquiſitus uol. 3. Ruin. ubi ſupra. Hippol.in Rub. C.de probat.nu.360. Angel. conſ.178.& 297.Bart.l.2.§.ſi publico.uerſ. Quæro utrum,de adulter. Ang.de Maleſ.uerſ.Hæc eſt q̄dā inquiſitio,uerſ. Quintò principaliter ſcias.

ſcias. Inſup quod ſi tẽpus in inquiſitione poſitũ fuerit, & locus prout requiritur, & per teſtes hoc probatum non ſit reus abſolui debet.

4 Et ratio † quia diuerſitas loci & tẽporis facit diuerſificare delictũ, & aliud eſſe delictum quàm quod intentatum fuerat, latè Corn. cõſi. 34. in fi. uol. 4. Similiter idem erit de omni alia qualitate, nam ſi in inquiſitione uel accuſatione deducta fuerit, ſi tamen per teſtes probata non fuerit, reus abſolui debet. Corn. conſ. 260. uol. 3. & conſ. 233. in principio, uol. 3. Bertran. conſil. 88. uol. primo.

Prædicta autem limita non procedere, quando inquiritur de crimine commiſſo contra diuinam Maieſtatem, vt de hæreſi, uel Blaſfemia: Quia tunc ualet inquiſitio ſine ſolemnitatibus. d.l. libellorum. §. fin. autem. Quomodo opport. Epiſc. Matan. ubi ſupra.

Idem etiam erit, ſi quis inculpatus ſit de crimine læſæ Maieſtatis. Nã in eo ſummariè & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij procedit, & aliquæ ſolemnitates non requiruntur, Bart. in extrauag. ad reprimendum, Matan. ubi ſupra.

QVARTO Principaliter requiritur, ut in inquiſitione ponantur in ſpecie omnes circunſtantiæ delicti, uidelicet quo loco, quo mẽſe, cum qua perſona commiſſum fuerit, & contra quem: quia aliàs inquiſitio non procederet; quoniam reo defenſio tolleretur. Abb. c. fin. de purgatione Canonica Matan. fol. 94. numero 37. Vnde ſecundum eoſdem non ualeret inquiſitio ſpecialis, quando capitula generalia fierent, uidelicet qualiter talis inquiſitus eſt ſolitus committere furta, homicidia, blasfemias, quia iſta nõ diceretur inquiſitio ſpecialis, ſed potius generalis quo ad delicta. Vnde reus propter delictorum incertitudinem ſuas defenſiones præparare non poſſet. Debent igitur capitula in ſpecie fieri, uidelicet quòd commiſit tale furtum pecuniæ in tanta quantitate, contra talem, in tali loco, tali menſe, tali anno & ſub tali regnatione. Et idem de alijs criminibus, aliàs diceretur obſcura, uaga & incerta inquiſitio, & nõ procederet parte opponente.

Item principaliter requiritur ad eſ-
5 ſentiam inquiſitionis, † ut indicia præcedant, aliàs inquiſitio non ꝓcedit. l. iuſtiſſimos. C. de officio rectoris Prouin. latè Alex. conſ. 120. in prin. uol. 7. ubi multas quotas adducit. Quod ſano modo intelligas, quando ſcilicet inquiſitus compareret, & opponeret inquiſitionẽ non procedere ex defectu indiciorum, ſecus uerò ſi non fuiſſet oppoſitum. ca. 2. de accuſ. in 6. Alex. d. conſ. 220. col. 2. uel alio modo intelligas, uidelicet niſi iudex per inquiſitionem procederet ex ſuo mero officio & non promotus ab alio, quia tunc non haberet neceſſe oſtẽdere indicia, ſeu diffamationem ꝓceſſiſſe, Alex. ubi ſupra, Specul. de inquiſ.

inquiſ. §. tunc hactenus. uerſ. hoc etiam ſcias.

QVINTO Requiritur, ut iudex antequã formet inquiſitionem faciat citare offenſum ad oſtendendum ſi uult accuſationẽ producere & declarãte nolle accuſare, tunc iudex inquirere poteſt, & ſimiliter debet citari facere conſanguineos proximos offenſi, quibus à iure permittitur proſequi ſuam uel ſuorum iniuriam. Maran. fol. 94. nu. 38. glo. in c. presbiter. 2. q. 4. l. Senatus. C. qui accuſ. non poſſ. Gram. conſil. 42. col. pen. unde iudex ſtatuere debet terminum parti ad deliberandum. cautela igitur erit ad impedien. inquiſitionem, ut pars inquirenda petat à iudice aſſignari terminum parti offenſæ ad deliberandũ, an uelit accuſare nec ne. Cepol. cautel. 25. Hyppol. in pract. §. conſtante, nu. 39. ubi Hyppol. docet aliam cautelam pro iudice, ut priuſquã formet inquiſitionem faciat in actis apparere, factam eſſe illam interrogationem reo. An uelit ipſe accuſare.

Adeo igitur talis interrogatio iudicis requiritur, ut quandocunq; superueniret accuſator, ceſſaret inquiſitio, cum remedium ordinarium faciat ſemper ſilere extraordinariũ, prout eſt inquiſitio. Angel. de maleſi. uerb. hæc eſt quædam inquiſitio. uerſ. quæro an inquiſitus. Maran. latè fol. 94. Et in tãtum hoc uerùm eſt, quòd etiam coram alio iudice poteſt fieri accuſatio, & impedit inquiſitionẽ cæptam corã alio, Maran. ubi ſupra, Bar. l. & §. fin. de adulter. ubi Alex.

Prædicta autem multis modis limita, & primo in omnibus caſibus, in quibus de iure uel per ſtatutum inquiſitio ſpecialis permiſſa eſt: Quia tunc inquiſitio eſſet remedium ordinarium ſuperueniens, Ang. de malef. uerb. hæc eſt quædã inquiſitio. uerſi. quæro an inquiſitus. Barr. in extrauagan. ad reprimẽ. uerſ. denunciationem. Maran. dicto fol. 94. unde cum hodie per ſtatuta ferè ubiq; permiſſum ſit de omnibus criminibus poſſe inquiri.

6 †Amplius non tolletur inqui. per ſuperuernientem accuſationem, cũ unum remedium non faciat ceſſare aliud ſibi æquale, Ang. ubi ſupra, Maran. ubi ſupra, infertur etiam quòd in omnibus caſibus, in quibus licitum eſt inquiri de iure communi, ut in ſi. uer. accuſator ſuperueniens, nunquã inquiſitionem ceſſare facit. Maran. ubi ſupra.

SECVNDO Limita procedere, quando inquiſitus data opera hoc affectaret, & procuraret, ꝙ ab alio accuſaretur coram alio iudice ad effectũ inquiſitionem impediendi, nam tali actu affectato non iuuabitur, & talis accuſatio inquiſitionem non impediret. Maran. ubi ſupra num. 41. Bald. Ang. l. ſi ſeruus plurium. §. 2. de lega. 1. Bart. Alex. & Docto. l. ſi uerò. Qui ſatis de cog.

TERTIO Limita nõ procedere, quã do iudex ante cæptã inquiſitionem in-

interrogaret offenſum, an uellet accuſare,& ille reſpondeat,quòd non nam tunc ſi iudex inquirere cœperit pôt offenſus accuſare & inquiſitionem impedire,Maran. ubi ſupra nu 42.Bald.l.accuſationem C. qui accuſ.poſſunt. Alexand.in addi.ad Bar.in dicta l.3.§.fin.de adulteriis. Ang.de maleſi.ubi ſupra uerſ. quæro,an inquiſitus.

QVARTO Limita non procedere, quando fuit proceſſum ſuper inquiſitione,etiam poſt ſuperuenientem accuſationem,& nihil ex parte rei oppoſitum fuerit. Nam tunc ualebit uterque proceſſus. Vnde nota, ꝙ illud qd regulariter dicitur, inquiſitioné impediri per accuſationem,intelligendum eſt ſi opponatur, alias ſecus. Maran. ubi ſupra num.43. Bal. l. 1. in fin.C.de furtis.

QVINTO Limita non procedere, quádo is,qui accuſat prius denunciaſſet iudici, ꝙ procederet ad inquiſitionem contra talem,quia habet ipſum ſuſpectum de tali crimine,ná non poterit illũ accuſare, ex quo illam uiam denunciationis elegiſſe uidetur. Maran. ubi ſupra in Specul.uerſ. inquiſitio.§.Nunc uidendum.uerſ.ult.quæritur.

SEXTO Limita non procedere,quando iudex uidet, & accuſationem eſſe ſuſpectam de colluſione, nam tunc ceſſare ab inquiſitione non debet.Maran.ubi ſupra nu.45.Ioan. And. in addi. ad Specul. tit.de inquiſitione.§.uiſo.in additione inci

piente. Terminum, colluſio e-
tiam probabitur primo per teſtes,
qui interfuerunt quando accuſator
& reus conuenerunt ſuper colluſio
ne fienda. Abb.c.de his.col. fin. de
accuſa. 2. probabitur ſi accuſatus
cum accuſato conuerſabatur, nam
7 tunc colluſio præſumitur † cum
per accuſationes inimicitiæ capita-
les regulariter oriantur,Bart.l.1. §.
præuaricatioñe ad Turpil. ſequitur
Abb.d.c.de his in fi.item ſi poſt li-
tem conteſtatam nec accuſator nec
reus in termino eis ſtatuto compa-
ruerint. Maran.fol.95.n.51.

SEPTIMO Limita non procedere, quádo accuſator fuit cauſa promouendi inquiſitionem, et quia eius inſtigatione formata fuit, nam túc ad accuſandum amplius non admittetur,ex quo aliam uiam elegit. Maran.ubi ſupra num.46. Bald.l. ea quidem C.de accuſ.

OCTAVO Limita non procedere quò ad probationes recepras ſuper inquiſitione: quia ſi accuſatio ſuperueniat poſt probationes receptas nõ tollit effectum illarum probationum. Sed in robore ſuo remanebunt ad delictum puniendum. Maran.'ubi ſupra nume.47. Ioan. And.in addi.ad Specul. de inquiſ. §.uiſo.incip. terminũ.Gandi. quando de maleſi.cogn. per inquiſ. col. pen.& fi.

NONO Limita nõ procedere de iure canonico:quia ſecundum canones inquiſitio eſt remedium ordinarium,undeper ſuperuenientem accuſa-

cuſationem non tollitur. Quia iudex poteſt inquirere etiam non monito offenſo ad accuſandũ Maran. fol.95.num.48. Cardinal.in clem. ſæpæ. §. final.q.3.de uerb.ſignif.& in c. qualiter & quando col. 2. de accuſ.

SEXTO Principaliter requiritur, ut inquiſitio procedat, ꝙ inquiſitus nõ fuerit aliàs de illo crimine accuſatus, uel inquiſitus, aut abſolutus,

8 † nam ſi aliàs abſolutus fuiſſet, iterum inquiri non poſſet. Specula.titulo de abſolutione. §. primo uerſ. Porrò, Ananias conſ.37. col.prima ſex.& ibi Docto.in c.de his, de accuſati. Abb. Io.And.in c.fi.de colluſ. detegen.l.ſi cui. §.eiſdem, ubi Bart. de accuſ.Maran.ubi ſupra nu me.49. Alex.conſ.xj.uol.primo, & Idem erit, fuiſſet etiam alias condemnatus uel punitus, nam nõ poterit amplius accuſari nec inquiri. Marant.ubi ſupra, Alexan.conſ.xj. col.pen.uol.primo, Caſtren. conſi. 18.uol. primo prædicta autem uera ſunt regulariter ſed in multis caſibus limitantur.

PRIMO limita non procedere, quando dicta ſententia abſolutoria lata eſſet per colluſionem ſeu præuaricationem. Nam tunc inquiri ea nõ obſtante iterum poteſt. Text. ubi Abb.& Io.de Ana.d.c.fi.de colluſ. detegen.l.3.de procur. Io. Andr.in addi.ad Specul. de inquiſ.uerſ.uiſo, incipit termin. Maran. fol. 95. num. 50.

SECVNDO Limita, ut tm̃ procedat, quando lata eſſet ſnĩa abſolutoria diffinitiua, ſecus ſi lata eſſet ab obſeruatione iudicij; quia tunc iterũ inquiri poſſet, & iterum accuſari

9 † cum talis ſententia exceptionem rei iudicatę non pariat. Maran.ubi ſupra, num. 52. Abb.d.c.de his. de accuſ.ubi Felin.non obſtan. ſententia, Specul.contrarium tenentis, & uolentis nihil, differre, quæ ſentẽtia relata fuit in titulo de abſolutione. §. primo.uerſ.oppono. Nam prima oppinio uerior eſt, ſecundum Maran.ubi ſupra, ubi reddit rationẽ.

TERTIO Limita regulã procedere, qñ quis accuſaretur ab eodem, qui primò accuſauit, uel inquiri fecit, cum obſtet ei rei iudicatæ exceptio ſecus ſi accuſaretur ab alio tertio, qui ſuam uel ſuorum iniuriam proſequeretur. Et ignoraret accuſatio nem fuiſſe ab alio inſtitutam; quia poſſet accuſare propter eius ignorantiam non obſtante abſolutione. Secus uerò ſi ſciuiſſet dictam accuſationem. Quia tunc etiam obſtaret tertio dicta exceptio rei iudicatæ. Maran.ubi ſupra, num. 54. Bar. l.ſi is, cui. §. eiſdem de accuſ. Abb. d.c.de his, de accuſ. Alex.d.conſil. xj.uol.primo, Rom.conſi.213.

QVARTO Limita, qñ quis eſſet abſolutus per tranſactionem factã cum parte & non per ſententiam. Quia ſi tranſactio ualuit, licet ipſe tranſi gens accuſare non poſſet, tamen alius tertius de nouo accuſare non prohibetur uel inquiri facere, & ſi tranſactio non ualuerit, poterit ipſemet

ſemet

ſemet,iterũ accuſare.Mar.ubi s̃ nu. 55.Feli.d.c.de his.uerſ.2. Limita. de accuſ.ubi Abb. & Doc. & iuxt. hãc limitationẽ, nota pulchrã qõnẽ Aliquis paſſus fuit iniuriã in eius pſo nã & accuſationem,& poſtea tranſegit cum offendẽte, & ei omnem iniuriã remiſit. Nam tunc poterit alius cõsãguineus offenſi accuſare criminaliter dictum offendentem nõ obſtante offenſi remiſſione, & p̃
10 cipua ratio eſt; quia † iniuria uni facta omnibus de illa agnatione facta cẽſetur.l.lex Cornelia ubi Barr. de iniur.Bar.l.1.C. de rap.uirg. & ĩ l.cũ ſcimus. C. de agri.& cenſitis li.11.Abb. c.oportet,de accuſ. Maran.ubi s̃ nu.58.& ideo tranſactio unius altero accuſare uolẽte nõ prę iudicat. ita in terminis uoluit Bar. d.l.tranſigere.col.fi.ubi etiam Bal. nec prodeſt iniuriãti dicere,ego habui ab offenſo remiſſionẽ,qui principaliter offenſus fuit: Quia ei poterit de iure replicari agnatũ nunc poſſe de nouo accuſare ob propriã iniuriã.Maran.ubi s̃,eodem modo nec etiam iniuriant ſi proderit dicere,ꝙ agnatus fuit p̃uentus ab offen-
11 ſo,qui prius accuſauit:quia † præueniſſe non dicitur, qui per tranſactionẽ deſtiterit. ſecundum Bald. d.l.tranſigere.Maran.ubi ſupra. Quod autem dictum eſt, conſanguineum accuſare poſſe pro iniuria illata alteri conſanguineo debet intelligi criminaliter tantum,
12 non autem ciuiliter. Nam † ciuiliter is ſolus põt,qui principaliter offenſus fuit,uel is qui ĩ ſua poteſtate eum habebit.l.1.§.fi.cum l.ſeq. ubi Bar.& Doct. de iniur. Maran. fol.96.nu.60. Vſq; ad quem gradum admittantur cõſanguinei ad accuſandum,& proſequendũ ſuorum iniuriam,uide l. accuſare. per Maran.fol.96. nu. 62. in repet.

QVINTO Limita non procedere, quando de crimine eſt diſcuſſum in iudicio per uiam exceptionis incidenter, ut ſi in quæſtione ciuili opponatur contra teſtem exceptio falſi, & per uiam exceptionis cognoſcatur de crimine falſi. Nã tũc dato ꝙ abſoluatur, poteſt tamẽ iterum accuſari uel inquiri ordinariè in caſibus in quibus ex officio inquiri poteſt, Idemq; eſſet ſi condẽnatus fuiſſet de crimine per uiã exceptionis. Nã poterit nihilominus ordinariè cõtra eũ procedi. Et
13 † ratio eſt;quia quando per uiam exceptionis agitur de crimine, mitior pęna imponitur & non illa uera ordinaria illi delicto imponi ſolita. Ideoq; cum delictũ ſufficienter punitũ non ſit, agi deinde poterit, ut ordinariè pũiatᷓ. Bal.l.ubi falſi.C.de falſ.& ĩ l. nullũ.C.de teſt.Fel. d.c.de his.uer.3.limita.de acc.Ro. conſ. 375. Maran.fol.98.nu.85.

SEXTO Limita non procedere qñ quis codẽnatus aut abſolutus fuiſſet per uiã denũciationis Euangelicæ; Nam tunc inquiri iterũ poſſet, & pęna ordinaria puniri.
14 Et ratio huius eſt,† quia per denũciationẽ agitur tm̃,ut quis emẽdeť.

non autem ut puniatur. Fel. d. c. de his uerſ. 4. limita. Sali. l. ea quidem. C. de accuſ. Maran. fol. 99. nu. 86.

Septimo Limita non procedere, quando quis in foro pœnitentię abſolutus fuiſſet. Nam † licet ſacerdo-
15 ti delictum confiteatur, ut ab eo ſalutarem pœnitentiã accipiat, adhuc de illo crimine accuſari & inquiri poſſet. Et ratio eſt: quia p pœnitentiam Deo tantum & eccleſiæ fit ſatisfactio, ſed per pœnam legitimam ſatisfit Reipublicæ, quę per delictum offenſa fuit Feli. d. ca. de his, uerſ. 5. limita, ubi etiam Abba. Marant. ubi ſupra, num. 87.

Octavo Limita, quando de Crimine ciuiliter tãtum actum fuerit, puta ad reſtitutionem ſeu ad damnũ, nam adhuc poſtea ad pœnam criminaliter agi poterit, niſi utrunque tendat ad ſuam uindictam, tunc una uia per aliam tollitur. Feli. d. c. de his, uerſ. 6. limita. Maran. ubi ſupra num. 89. Quod uerum eſt, niſi reus ciuiliter abſolutus fuiſſet, eo quia delictum nõ fuit commiſſum ſecundum eoſdem.

Nono Limita non procedere, quando delictũ eſt tale, de quo poterit cognoſcere, & punire iudex eccleſiaſticus & ſecularis. Vt de blaſfemia
16 Dei, uſura & ſimilibus. Nam † licet quis fuerit accuſatus & punitus coram iudice eccleſiaſtico poteſt adhuc iterum accuſari, & puniri per iudicem laicum & econtra, & una pœna pro aliam non tollitur. text. ubi Abb. c. ſtatuimus, de maledi. & in c. filius. §. ſuper hoc de pœnis in 6. Abb. c. tua, de procu. Bal. l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. Feli. d. c. de his, col. fi. de accuſ. Roma. d. conſil. 375. Maran. ubi ſupra nu. 7.

Decimo Limita non procedere, quãdo aliqui de aliquo crimine coram uno iudice accuſatus fuerit & contumax fuerit, nam ſi iterum accuſatur non poteſt oponere, quòd aliàs de illo crimine accuſatus fue-
17 rit † quia cõtumax exceptionem litis pen. opponere non poteſt, Maran. fol. 10. nu. 98. ubi multos allegat.

Septimo Principaliter requiritur ad ualiditatem inquiſitionis, ut fiat per iudicem competentem aliàs nõ ualebit, toto tit. ſi à non competendum iudice, Ang. de malefi. uerſic. hæc eſt quædam inquiſitio. uer. 4. principaliter. Maran. fol. 101. nu. 102.

Octavo Requiritur, ut iudex inquirat in caſibus à iure permiſſis, & nõ in caſibus prohibitis. Vt ergo perfectè ſcias, qui ſunt illi caſus, in quibus iudex ex officio inquirere poteſt dicas quòd.

Primus caſus eſt, in quo iudex inquirere poterit ẽt ad priuatum commodum ut quando ſumus in aliquo uſurario manifeſto, qui à debitore ſuo uſuram extorſerit, & propter eius potentiam forte non audet debitor uſuras repetere. Nã tunc iudex etiam nemine petente poteſt eo caſu inquirere contra eũ, & ipſum ad reſtitutionem uſurarum

rum cōpellere. Text. eſt in c. cum in diœceſi.Vbi Io.de Ana.in 2.not. de uſur. Abb. in c.tuas 2.not.eod. titulo, Maran.fol.101.nume.106.

18 An autem † iſto caſu iudex poſſit inquirere ex officio contra uſurariū & ipſum punire ad aliquam pœnam.Vide latiſſimè Maran.fol.102. nume. 101.

SECVNDVS Caſus principalis, in quo ex officio iudex inquirere po-
19 teſt,eſt in omni delicto † quod cōmittitur per cōſpirationē.Vt quādo plures cōſpirant,ſeu coniurāt ad aliquod ſimul.Text.eſt,ubi Bal. in l. prima.C.de Monopol. Pœnam autem iſtorum uideas per Maran. fol. 104. nume. 128.129.

TERTIVS Caſus eſt, quando Ancilla ſub pacto ne proſtitueretur uendita eſſet,alias eſſet libera. Nam emptore hoc non obſeruante iudex ex officio tunc inquireret, ut illā exhibere faciat & ad libertatem perueniat.text.eſt in l.mulierem ubi Bal. c.ſi Mancip. Ita uenier.

20 QVARTVS eſt † in omni cauſa miſerabilium perſonarum. Nam in ea iudex ex officio procedere poteſt, etiam ad priuatā utilitatem,ſecundum Bal.d.l.mulierem. Bar.l.4.§. hoc autem iudicium uer. oppono. ubi Alex.de damn.infect. Bald.ca. primo.§. iniuria,col.penul.de pac. iura.firma.Abb.c.ad noſtram,el 2. de iureiur.Marant.latè fol.104.nu mero. 134.

QVINTVS Caſus eſt in his,quę in actis iudicis notoriè linquent. Nam in his iudex inquirere & ſupplere poterit. Marant.ubi ſupra num. 134. Alex.l.prima. C.ut quę deſunt aduoc.Docto.c. ſignificauerunt,de teſti. Felin. c.ex tenore,col. fin. de reſcrip.

21 SEXTVS Caſus eſt † in omni cauſa pia,nam in ea tam iudex eccleſiaſticus quàm laicus inquirere ex officio poſſunt, Abb.ca.ad noſtram, il 2. de iureiur. Bald. d.l. mulierem. C.ſi mancip.ita uenie. Mar.ubi ſupra, numero 135.

22 SEPTIMVS Caſus eſt † quādo epiſcopus ſuſpicionem habet de parētela inter coniuges. Nam tunc eccleſiaſticus iudex ex officio inquirere de quolibet impedimēto poſſet, & matrimoniū diſſoluere poſſet. Text.in c. pen.in fi.ubi Abb. de diuort.Hoſ.c.primo uerſ.canones,de offi.ordi.Marant.ubi ſupra numero 136.

23 OCTAVVS Caſus eſt. Nam † poteſt iudex ex officio inquirere de iuribus principis. Text.eſt in.l.pen.in fi.C.de bon. uacan.lib. 10. Abb.d. c.ad noſtram, el 2.de iureiur. text. in.l.ſi quis ne rixa. C. de bon. proſcrip.Maran.ubi ſupra, num.137. ſic etiam de omni pecunia fiſco applicanda ſecundum eoſdē & Bart. l.ſi quis rē,in fin.de cuſto.reo.Bar. & Alex.l.2.§.Senatus,de iure fiſci.

24 NONVS Caſus eſt; nam † iudex ob magnum ſcandalum euitandum poteſt ex officio inquirere, & prohibere nec ſcandalum committatur abſq; accuſatōre. Cyn. l. prima

 in fin.

in fi.C.de Monopo. Matan.ubi ſupra num. 139. Bal. d.l. mulierem. C.ſi mancip. ita ueni. ne proſti.

X. Caſus eſt. Nam poteſt iudex generaliter inquirere in prouincia, uel ciuitate quam regit contra omnes malefactores, ut ipſam malis hominibus purget ob quietem publicam. text. eſt in l. congruit, de offi. pręſid. Maran. ubi ſupra num. 104. Gandi. tit. Quid ſit accuſatio. col. 1. Ang. de malefi. uerſ. hæc eſt quædam inquiſitio, uerſ. 2. princpaliter. Hypp. in pract. §. conſtante. nu. 20.

XI. Caſus eſt, in omni crimine contra eccleſia & eccleſiaſticas perſonas. Vel in eccleſia commiſſo. text. ubi Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. unde in omni crimine ſacrilegij ex officio inquiri poteſt. Maran. fol. 104. num. 141. & ſimiliter de blasfemia.

XII. Caſus eſt, quando hæres facit inuentarium, & creditores dicunt plus eſſe in bonis quàm in inuentario deſcriptum eſt. Nam tunc iudex inſtantibus creditoribus poterit inquirere, & probationes recipere de domo hæredis, torquēdo etiā hæredis ſeruos. l. fi. §. licentia, el 2. C. de iure delib. Maran. ubi ſupra nu. 145. Tamē talis inquiſitio non eſt ex mero officio, cū requiratur fieri ad inſtantiam creditorum. Gand. tit. Quid ſit accuſatio. col. 2. Hippol. in pract. §. conſtante.

XIII. Caſus eſt, in caſu naufragij & in oībus caſibus depēdē. ex naufragio, & contra ſurripientes Naufragiorū bona, & tūc talis inquiſitio fit ſummariè & uelo leuató. tex. ubi Doct. in l. quoties. l. 2. de Naufra. lib. 11. Marant. nu. 146.

XIIII. Caſus eſt, contra tutorem ſuſpectum, taliter repertum, ex officio ammouere poterit. l. 8. §. præterea, ubi Bar. de ſuſpect. tuto. Maran. ubi ſupra, nu. 147. Gandi. tit. qđ ſit accuſatio. col. penul. & in tali inquiſitione Iudex poterit ſe informare per depoſitionem ſeruorū pupilli fauore inductim eū regulariter cōtrarium eſſe uideatur, ꝙ ad priuatā utilitatē inquiri non poſſit. Doc. c. exhibita, de iud. Mar. ubi ſ.

V. Caſus eſt, contra producentem ſcripturam falſam, uel ſuſpectam in iudicio & ipſum ex ſola ſuſpitione punire poteſt, niſi illam eſſe ueram probet. tex. eſt in l. iubemus, vbi Bald. & Sali. C. de proba. Maran. fol. 105. nu. 148. Vide quod dixit ibi Bald. ꝙ ſcriptura ſuſpecta redditur, eo ipſo quòd habet aliquā raſuram in loco ſuſpecto, & nota quòd iudex poteſt de falſo punire producentem ſcripturam ſuſpectam, licet non clare probetur, quòd ſit falſa, licet ſecus ſit in alijs criminibus, in quibus ad condēnandum probationes luce meridiana clariores requirūtur, Marā. ubi ſupra Lucas de penna in l. ſi Vacātia. col. 2. uerſ. etiam in eo aliud ſpetiale. C. de bon. uacan. lib. 10. Gād. ti. Quid ſit accuſatio. col. 1. ī fi.

XVI. Caſus eſt, cōtra teſtes falſos falsò deponētes. Vel in iudicio uacillantes

lâtes. Nam poteſt illos tunc ex officio punire, tex. é ubi Bal. & Doc. in l. nullũ. C. de teſti. & in c. ſup his de pœnis Bart. l. 3. §. præterea. de ſa ſpect. tuto. Maran. ubi ſ nu. 150.

XVII. Caſus eſt, in omnibus criminibus commiſſis coram ipſo iudice, uel in iudicio incidenter, dum ipſe de aliqua principali cauſa cognoſcit. Hæc enim continẽtia cauſæ operatur, Bart. d. l. 3. §. præterea & Bald. d. l. iubemus. uerſ. 5. C. de probat. Marant. fol. 105. nu. 151.

XVIII. Caſus eſt, quando tractamus de iuribus eccleſia uel be-
25 neficio eccleſiæ. Nam † tunc iudex inquirere poterit contra illius beneficii poſſeſſorem, ut oſtẽdat quo tit. poſſideat, & ſimiliter contra poſſeſſorem alterius rei eccleſiæ. Inno. ca. ad noſtram, el 2. de iureiur. Bal. l. inciuile. C. de fur. & in l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccle. Marã. ubi ſup. nu. 157

XIX. Caſus eſt in omnibus caſi-
26 bus. in quibus † accuſator non probans à præſumpta calumnia excuſatur, qui enumerantur per gl. in l. Athletas. §. calumniator de infa. Maran. ubi ſup. nu. 153.

XX. Caſus eſt, quando iudex eccleſiaſticus uult inquirere cõtra tenentes bona, quæ debent pauperibus diſtribui, uel ad alias pias cauſas. Maran. nu. 154.

XXI. Caſus, inquirit iudex ex officio de probitate uitæ, de idoneitate & maioribus alicuius eligendi, promouendi, uel ordinandi. Itẽ quãdo Eps eccleſias uiſitare facit, pt facere huiuſmodi inquiſitionẽ contra clericos, Mar. ubi ſ. n. 155.

XXII. Caſus, inquirit iudex de crimine, ubi interuenit accuſator, qui colludit ſeu præuaricat, tex. ĩ l. fallaciter. C. de abolit. Mar. n. 156.

XXIII. Inquirit, † iudex contra
27 calũniatorem, ẽt nemine accuſante Bal. l. 1. co. 1. ad Turp. Mar. n. 157.

XXIIII. Inquirit iudex propter incidentẽ quæſtionem: ubicũq; n. incidẽter cognouit de crimine põt de illo inquirere, Maran. nu. 158.

XXV. Inquirit iudex de iniuria facta ſcholari ex officio, & in hoc caſu ſpeciale eſt, ꝙ iudex ſine accuſatore inquirit de priuato crimine. Bal auth. habita. uerſ. alias ſciturus. C. ne filius pro parte, Mara. nu. 159.

XXVI. Inquirit † iudex de delicto
28 commiſſo per ſuum officialẽ in officio, & tunc indiſtinctè inquirit; ſi uero extra officium delinquit, tũc inquirit ſi eſt notoriũ non aliàs. Bar. l. ſi quis forte. §. 1. de pœ. Bar. l. ſenatus de offi. præſid. Mar. n. 160.

XXVII. Inqrit iudex cõtra facietes iniuriã ſuis officialibus uel famulis. Dũmodo crimẽ ſit notoriũ nõ aliàs. Bart. l. ſi qs forte. § .1. de pęnis. Maran. fol. 105. nu. 161.

XXVIII. Inqrit iudex de omni crimine notorio. tex. ubi Bar. & Sal. in l. ea qdẽ C. de acc. Mar. ubi ſ n. 162.

XXIX. Inquirit iudex de omni crimine, ſuper quo præceſſit primò inquiſitio generalis ad inueniẽ. malefactores, & purgan. prouinciam malis

malis hominibus. Nã fruſtra fieret, niſi contra maleficos deueniret poſtea per particularem inquiſitionẽ, Bald.d.l.iubemus, uerſ.& eſt ſciendum.C. de probat. Bar.l.2.§. ſi publico, uerſ.3. regula, de adult. Maran. nume.163. Ange. de malefi. uerſ.hęc eſt quædam inquiſitio.verſic.2.principaliter.nume.26.Gandi.tit. Quid ſit accuſatio col.1.Hippol.in pract. §.conſtante num.20. ideoque ſecundum Ang. & alios ſupra expreſſos, iudices debent diſcere cautelam in principio eorum officiorũ ad hoc ut de quolibet crimine poſtea inquirere poſſint. Videlicet faciant bannum fieri generale, & latum ad purgandam prouinciam malis hominibus, ut comprehendat proditores, ſacrilegos, inceſtuoſos, homicidas, falſarios, & omnes homines malę conditionis & famæ, & poſtea addat clauſam generalem in fi. Videlicet, & cõtra omnem perſonam &c. quæ aliquid fecerit uel dixerit contra formam iuris uel ſtatutorum &c. Nã tunc in omnibus caſibus expreſſis poterit poſtea fieri inquiſitio ſpecialis, licet aliàs in illo caſu ſpeciali non potuiſſet formari regulariter inquiſitio.

XXX. Inquirit iudex de inimicitijs & diſſentionibus, q̃ uigent in ciuitate inter particulares ciues, ex quibus Reſpublica turbari poteſt, ne ad ar-
39 ma deueniant, † Nam tunc iudex ex officio compellere poteſt dictas partes ad pacem faciendam. Bart. l. congruit, de officio præſid. Bal.l. cum affirmes. de lib. cauſ. Maran. numero.164.

XXXI. Inquirit iudex contra filiũ, qui impias manus in patrem uel in matrem iniecit, uel ſi ipſos Parentes affecit. Maran. nume.165.

XXXII. Inquirit iudex cõtra cuſtodes carceris, q precio corrupti dimiſſerint carceratum ſine uinculis, ut fugere poſſet, uel paſſus fuit introduci ferrum uel uenenum in carcerẽ. tex. in l. carceri. de cuſto. reo. Maran. numero 166.

XXXIII. Inq̃rit iudex cõtra lenones, q̃ mulieres ad luxuriam allicere nituntur. Nam iudex poſſet illos de ciuitate repellere & punire. Auctentico de leno. §. ſancimus. ubi Ang. Maran. num.167. Gandi. titulo. Quid ſit accuſatio. col. prima. Hippol. in præd. §. conſtante. Quid autem ſit in crimine adulterij, an poſſit in eo iudex ex officio inquirere, Maran. fol.106. num.170.

XXXIIII. Inq̃rit iudex de crimine, in quo q̃s p officiales curiæ in fraganti crimine reperitur, puta in actu delinquendi. Marant. ubi ſupra, numero.171.

XXXV. Inquirit iudex de crimine læſæ Maieſtatis cõtra perſonã principis uel ſuorũ collateraliũ perpetrato. Marant. fol.106. num.125. Ang. de malefi. uerſ. hæc eſt quædã inquiſitio uerſ.2. principaliter, n.21. Gandi. titulo quid ſit accuſatio, colum.2. Hippo. d.§. conſtante, in practica.

36 Inqui-

XXXVI. Inquirit iudex contra famoſos latrones & fures, aggreſſores ſtratarum latitantes in ſiluis. Maranta ubi ſupra, nume. 126.

XXXVII. Inquirit iudex cõtra inobediẽtes & ſuã iuriſdictionẽ turbãtes & cõtra rebelles ad pœnam legitimam, Maran. ubi ſupra, num. 176.

XXXVIII. Inquirit iudex contra ſocios criminis in caſibus, ĩ quibus licita eſt interrogatio, Maran. ubi ſupra, nu. 178. Ang. de Malefi. uerb. hæc eſt quędam inquiſitio, uerſ. 2. principaliter, nu. 22. Gandi. titulo. Quid ſit accuſatio. col. 2. Hippol. in practi. §. conſtante, uide in regula ſocius criminis.

XXXIX. Inquirit iudex de homicidijs, & damnis clãdeſtinis, ubi nullus apparet accuſator, Marant. ubi ſupra, numero. 179.

XL. Inquirit iudex de oĩ crimine, in quo interuenit accuſator, & pendente accuſatione in iudicium deducta moritur. Nam iudex tunc ne delicta impunita remaneant proſequi poteſt. Bart. l. 3. §. 1. Maran. ubi ſupra, num. 180.

XLI. Inquirit iudex ſup neceſſitate ciuitatis & ciuiũ ſubditorum, maximè tempore careſtiæ, & neceſſitatis compellendi dominos ad uendendum frumẽtum uel annonam iuſto precio. l. prima. §. fi. de offi. præfect. urbi. ubi Bart. Moderni. l. Nec emere. C. de iur. delib. Maran. ubi ſupra, nu. 181. Nõ tamen compellere poteſt illos qui frumẽtum, ſuum pro uictu ſuo habent. Cum ordinata charitas à ſe ipſo incipiat l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. Maran. ubi ſupra.

XLII. Inquirit iudex cõtra aduocatos & procuratores calumnioſos, tumultuoſos & male in eorum officio uerſantes, & ſi infames ſunt poteſt illis interdicere, ne poſtulẽt & procurent. Maran. fol. 106. nu. 182.

XLIII. Inquirit iudex de defenſionib' rei in criminalibus ſuo officio, etiã ſi reus ſe non defendat. Nam poteſt tunc, & tenetur perquirere ex officio defenſiones ſuas ad innocẽtiam ſuam probandam. text. ubi Bar. & l. etſi non defendatur. de pœnis Bar. l. 1. §. fi. de quæſtio. Marãt. ubi ſupra, num. 183.

XLIIII. Inquirit iudex ſupplẽdo de facto & teſtes producendo in oĩbus caſibus, in quibus poteſt procedere ad diffinitiuam ſententiam contra abſentes ſiue in ciuilibus ſiue in criminalibus. Bart. authen. qui ſemel. C. quomodo & quando, & in l. 4. §. hoc autem iudicium q. 4. de damn. infect. Marant. ubi ſupra numero. 184.

XLV. Inquirit iudex de crimine falſę monetæ ẽt nemine accuſante l. prima. C. de fals. mone. Maran. ubi ſupra, fol. 107. num. 185.

XLVI. Inquirit iudex de crimine hæreſis ad inſtar criminis læſæ Maieſtatis. Ang. de Malef. uerb. Hæc eſt q̃dã inquiſitio, uer. 2. principaliter, Gãdi. titulo quid ſit accuſatio, Maran. fol. 107. nume. 187.

LVII. Inquirit iudex de ueritate in

ſtrumenti

ſtrumenti cotā ſe producti. text. ubi glo. Bart. Ang. authen. de tabellio. in princ. & in d. §. hoc autem iudicium. Maran. ubi ſupra. nume. 189.

XXXXVII. Inquirit iudex ad denunciationem ſibi per officialem deputatum ad crimina deferendum. Puta quando uadunt officiales ad inueniendum luſores, portantes arma & alios ſimiles delinquentes. Nam ex quo reperiuntur in fragrāti & notorio crimine, poſſunt denunciari iudici, & iudex inquirit ad eorum denunciationem, aliàs facit litem ſuam, Marant. fol. 107. nu. 191. Gandi. ubi ſupra Ang. de malefi. ubi ſupra.

XXXXIX. Inquirit ex officio dando aduocatos pupillis, pauperibus & perſonis miſerabilibus ac uiduis, ne à potentibus opprimantur, & ſimiliter furioſis. l. Nec quicquā. §. aduocatos. ubi Bar. & Doct. de offic. procon. Maran. ubi ſupra nume. 192.

L. Inquirit iudex ex officio contra procuratorem, ut doceat de mandato, ne iudicium fruſtratorium efficiatur. Et hoc poteſt etiam facere poſt litis conteſtationem. Abb. ca. nulli. de accuſ. Maran. nu. 194.

LI. Inquirit iudex de crimine ſacrilegii & plagii. l. 3. ubi Bart. ad l. iuli. pecu. Maran. ubi ſupra nu. 195.

LII. Inquirit iudex contra tabernarum frequentatores, contra luſores, ad ludos prohibitos, contra iuuenes, qui ambulant quotidie per plateas bene ueſtiti, nec habent reditus. Nam de his omne malum præſumitur, Maran. ubi ſupra. numer. 202.

Nonò principaliter requiritur ad ualiditatem inquiſitionis, ut fiat, & redigatur in ſcriptis. Angel. de malefi. uerb. hæc eſt quædam inquiſitio, uerſ. quartò principaliter. num. 54. Hippol. in pract. §. conſtante.

Decimò Principaliter requiritur ad hoc ut inquiſitio formari poſſit. Vt antequā inquirat ſit nata actio ciuilis parti, loquor tamen in delictis commiſſis contra priua-
30 tos. Nam † ubi ex delicto non oritur actio ciuilis parti. Tunc nec etiam Reipublicæ oritur actio uel accuſatio criminalis Salic. l. eos. C. de furt. Soc. conſ. 127. Incipit, uiſis capitulis, Hippol. latiſſimè i pract. §. conſtante. nu. 33. cum multis numeris ſeq. Et circa hæc poſſunt poni duo ſocii bonorum alicuius apotecæ, & unus eorum furtiuè, ſeu clam aſportet, & cōtrectet aliquas res dictæ apotecæ, tunc non poterit per iudicem inquiſitio formari contra talem ſocium, & ratio eſt, quia contra eum nulla eſt orta actio ciuilis alteri ſocio, l. meritò. ff. pro ſocio. Bal. conſi. 410. uol. 2. Poteſt etiam alio modo exemplū ſumi in mutuante uel deponente rem aliquam penes uicinum uel alium. Nam ſi poſtea eam clam abſtulerit, nulla illi uicino actio competit, cum ille rem ſuam aſpettauerit,

rit, ergò nec reipublicæ actio cõpe-
tit, nec inquiſitio criminalis con-
tra illum. Poteſt etiam aliud ſumi
exemplum in illo, cui bona aliqua
retinentur iniuſtè, & indebitè
ab aliquo potente. Nam eſſet ei
licitũ res ſuas furtiuè recipere In-
no. c. cum olim de reſt. ſpol. latiſ-
ſimè per Hippol. in pract. §. con-
ſtante.

Vndecimò principaliter requiritur
ad ualiditatem inquiſitionis for-
mandę ſuper certo crimine & con
31 tra certum, ut † diffamatio prę-
cedat, & ſit per duos teſtes proba
tum, eſſe in ciuitate publicam fa
mam ipſum tale delictum com-
miſiſſe. Quid autem eſſet, ſi fa-
ma eſſet differens, dicas inquiri li-
cit è poſſe. Bald. conſil. 246. uo-
lu. 4. Ange. de malefi. uerb. Hæc
eſt quędam inquiſitio. uerſ. 2. prin
cipaliter, Ruy. conſil. 80. col. 1.
uol. 4. & conſi. 147. in 1. uol. 5. Bo
nif. de Vital. de inquiſi. col. 2. fol.
81. text. eſt not. in c. qualiter &
quando, de accuſ. Gram. conſi. 35.
nume. 50. Alex. conſi. 174. in prin.
uol. 6. & conſi. 138. in prin. eod.
uol. Hippol. in pract. §. conſtante.
nume. 12. Soc. Sen. conſi. 37. col. 1.
uol. 2. Corn. conſi. 68. num. 6. uol.
2. Rafael Cuma. conſ. 136. Rafael
Fulgo. conſi. 173. & adeo talis dif-
32 famatio requiritur † quòd licet
teſtes producti ſuper huiuſmodi
inquiſitione probent crimen, de
quo eſt inquiſitus, licet non diffa-
mans, tamen tales teſtes illi inquiſi
to non præiudicant, nec condem-
nari poterit; Gram. conſi. 35. num.
50. & conſi. 38. nu. 23. Specul. de
inquiſi. §. Nunc uidendum. col. 3.
& ibi Bald. in addi. Hippol. d. §. cõ
ſtante. nume. 12. fol. 9. Soci. ubi ſu
pra, & eodem modo ſi ſtatutum di
33 ceret, quòd † prætor liberè poſſet
inquirere in criminalibus, tamen
per hoc non poterit inquirere infa
mia non præcedente Gram. d. con
ſi. 35. nume. 50. Bald. c. 1. de offic.
ordi. Iaſ. l. milites. C. de teſta. mi-
lit. Hippol. d. §. conſtante. nu. 12.
Barb. conſi. 47. col. 45. uol. 1. qui
latiſſime examinat. Quid ſi po-
teſtas haberet arbitrium abſolu-
tum inquirendi &c. & ibi etiam
infert Iaſ. quòd ſi Papa mandet in-
quiri contra aliquos, tamen debet
intelligi, & limitari, infamia præ-
cedente & non aliàs, ſecundum So
ci. ubi ſupra, imò plus uoluit Car-
di. in clem. 1. uerſi. 9. quæro, de of-
fi. ordi. Gram. conſi. 38. nu. 24. &
Hippol. d. §. conſtante, num. 13. ꝙ
34 † ſi ſtatutum ſuperioris dictaret,
quòd inquiri poſſet abſq; diffama
tione, quòd non ualeret, nec ali-
cuius momenti fuiſſet.

35 Præfata † autem diffamatio nõ di
citur probata, quamuis in dicta in
quiſitione ſcriptum eſſet, fama pu
blica præcedente, ſi tamen poſtea
in proceſſu nõn appareat probata
publica fama, non per hoc iudex
tenebitur in aliquo ſi inquiſitus ab
ſoluatur. Vt dicatur iudicem dolo
ſè inquiſiuiſſe ex officio, & ſuffi-

36 cit † quòd infamia præcedat extra iudicium licet non præcedat in iudicio, nec ſufficiat probare dolũ iudicis per coniecturas & præſũptiones; quia iudex habet pro ſe tã magnam præſumptionẽ, quæ per aliam coniecturam cõtrariam tol-
37 li non poteſt † debebit tali caſu dolus probari per ueras probationes, Quod difficillimum erit; Bald. conſil. 178. uol. 1. ſed aliter, & alio modo probanda eſt, ut uoluit Fulgoſ. cõſ. 136. Incipit in cauſa criminali latè, Hippol. in pract. §. conſtante. nu. 16. Io. de Ana. cõſ. 59. Viſa inquiſitione. Maran. in Specul. aduoca. fol. 92.

Et ſcias † ꝙ ſupradicta fama ad hoc
38 vt præiudicet debet eſſe uehemens contra eum, & quòd generet ſcandalum, niſi inquiſitio fieret. Bar. d. l. cõgruit. de offi. præſid. & in l. fi. C. de offi. præfect. urbis. Ang. de maleſi. uerb. hæc eſt quædam inquiſitio, uerſic. 4. principaliter. Gandi. quando de Maleſi. cogn. per inqui. Maran. latè fol. 92. num. 19.

Vlterius ſcias, quòd † dicta fama ad
39 hoc ut ſuum effectũ operetur, debet habere originem ab honeſtis perſonis, & fide dignis, & nõ à maleuolis. Nam aliàs nihil operaretur. Tex. eſt in c. qualiter & quando, de accuſ. ubi Abb. col. penu. & Aret. in ſexto not. Aliàs etiam ſi iudex ſine fama inquireret, ultra ꝙ inquiſitio impugnatur, tenetur ipſe iudex inquiſitionem facere ad expenſas, & præſumitur contra iudicem de calumnia. Paris de ſind. uerb. inquiſitio, Marant. fol. 92. nume. 20. & 21. Barb. conſil. 47. uolum. 1.

Quod autem dictum eſt ſupra in hoc ultimo requiſito ad ualiditatem inquiſitionis, vc; vt prius conſtare debeat de diffamatione, limita multis modis uidelicet.

Primò limita, quando ante inquiſitionem extarent indicia ſufficientia cõtra inquiſitũ, ſimiliter idem eſſet ſi cõtra inquiſitũ adeſſent plenæ probationes: quia tunc nulla diffamatione præcedente inquiſitio ualeret; Soc. ſenior cõſ. 39. col. 3. uol. 2. Nã tunc, quamuis de fa-
40 ma nõ cõſtet, poteſt † tamẽ iudex ex illis indicis inquirere; quia loco diffamationis ſunt, iſtud uerũ eſt, quando cõtra laicũ ageretur,
41 ſecus † uerò ſi contra clericum, nam etiam ſi contra eum extarent mille indicia, nunquam torqueri poterit niſi de crimine illo fuerit diffamatus. Pau. de Leaza. & Abb. c. j. de depoſito. Io. Andre. c. cum in contemplatione, de regul. iur. in 6. ubi Abb. Io. de Ana. c. 1. de cler. percuſ. Gram. noto n. n. 15. Ang. de maleſi. uerb. fama publica. verſ. & tenẽ menti. Bar. d. l. congruit, de offi. præſid. Bald. dicta l. iubemus. uerſicul. 4. C. de probat. Ruyn. conſil. 80. col. n. uol. 4. Alex. conſi. 24. in prin. uol. 6. & conſil. 138. in prin. eodem uol. Hippol. in practi. §. conſtante, nu. 19. Bald. conſil. 95. uol. 1. & ſecũdum Ruy. hoc

modo

modo eſt intelligen.tex.in d.c.qualiter & quando. Aug.de Arimi. in addi.ad Ang.de Maleſi.ubi ſupra.
Quod autem dicimus indicia loco diffamationis eſſe Hippol. ubi ſupra, intelligit procedere, & uerum eſſe, quando eſſent indicia propinqua
42 qua † ſecus uerò ſi remota; quia per talia indicia dici non poteſt infamiam oriri, ſed potius quandã ſuſpicionem. Similiter uoluit idẽ eſſe, quando adeſſet unus ſolus teſtis de uiſu; Nam iſto caſu ſecundũ eundem dici non poteſt tale indicium diffamationis loco eſſe, cum
43 † ipſa infamia uel diffamatio niſi per duos teſtes ad minus probari non poſſit, & ideo cum indicia loco diffamationis ſurrogentur, debent ſapere eius naturam, vz ut per duos teſtes probẽtur. Adde
44 aliã limitationem, vz ut † non procedat, quando iudex procederet ad euitandum delictum committendum: quia tunc poteſt nulla infamia præcedente inquirere, ut obuietur delicto futuro, &
45 † tali caſu poterit teſtes non iuratos recipere, & etiam infames audire delictum reuelare uolẽtes. In no.c.1.de poſtul.præla. Barb. cõſ. 64.col.1.uol.1.
Limita ſecundò, quando † iudex ad
46 denunciationem officialis inquireret: quia tali caſu etiam non præcedente infamia inquirere poſſet. text. eſt ubi Bald. Sali. in l. ea quidem C. de accuſ. Bart. l. congruit. de offic. præſid. & in l. diuus, de cuſto. reo. Marant. fol. 92. num. 24. Ang. de maleſi. uerb. hæc eſt quædam inquiſitio, uerſ. 4. principaliter. Hippol. in practi. §. conſtante. num. 20.
Limita tertiò, non procedere, quan-
47 do † inquiſitio fieret de principis mandato. Nam tunc nulla diffamatio requiritur. Bald. l. Nullus C. ad l. Iulia. Maieſ. Innoc. cum oporteat. de accuſ. Hippol. d. §. conſtante. nume. 21. Maran. fol. 93. nume. 29. gl. c. 2. de accuſ. in 6. Ange. de maleſi. uerb. fama publica. uerſic. Aduertendum tamen eſt. Hippol. ſingul. 14. incip. ad hoc ut in-
48 quiſitio. Quod † uerum eſt, & ſano modo intelligendum, ut procedat, quando inquiſitio formaretur de mandato ſeu ſcientia principis, & motu proprio ipſius principis. Secus uerò ſi ad poſtulationem alterius Principis hoc mandat: Quia tunc præcedere debet diffamatio. Hippol. d. §. conſtante. nu. 22. Feli. c. cum oporteat. 4. not. de accuſ. Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerb. fama publica. uer.
49 Aduertendum ſecundò † intelligas ueram dictam limitationem, quando Princeps aſſertiuè ſeu affirmatiuè diceret in ſua commiſſione, ſibi conſtare de tali crimine. Vel quòd fama ad eius aures peruenit, aliàs ſi commiſſio ſimpliciter fieret, habet tacitam conditionem uidelicet dummodo præcedat infamia. Hippol. d. §. conſtante. num. 22. Maran. fol.

92.nu.29.Feli.d.c.cum oporteat. de accuſ.ubi Ioan.de Ana.Aug.de Atimi. ubi ſupra,Dec. conſi. 189. col.fi.uol.1.

Limita quartò non procedere,quan-
50 do † aliquis de crimine denunciaretur per aliquem probum uirum. Nam tunc denunciatio iſta ſufficiens eſt, ut inquiratur contra eum ſuper infamia tantum, & nõ ſuper crimine, ſed infamia reperta poterit poſtea de crimine inquiri. Abb.c.licèt,in ultimo not.de accuſa. ubi etiam Petrus de Ancha. & Feli.Marant.ubi ſupra.nu.26.

Limita quintò non procedere † quan
51 do Iudex ad inquiſitionẽ proceſſit præſente inquiſito, & non contradicente,nec reclamante; Nam taliter ualebit proceſſus, etiam ſi infamia non probetur, & ulterius contra proceſſum opponi non poterit. Tex. formalis in c. 2. de accuſa.lib.6.Cœpol.conſi.66.Marã. ubi ſupra nu.27.Hippol.in pract. §.Conſtante.nu.21.fol.10.Et ideo nota cautelam, quòd ſemper facias Reum proteſtari contra inquiſitionẽ tamquam factam nulla prę cedente diffamatione. Maran. ubi ſupra Ang.de Maleſi. uerſ.Hæc eſt quædam inquiſitio,uerſi.4. principaliter.

Limita ſextò non † procedere in in
52 quiſitione, quæ fit contra officialem in ſindicatu. Nam poteſt tunc contra eum inquiri generaliter & ſpecialiter indiſtinctè, etiã fama non præcedente, & talis inquiſitio poterit etiam fieri contra eius familiam,officiales, & miniſtros. Bal.l.iubemus.uerſ.modo reſtat. C.de probat. Maran. ubi ſupra nu.28. Ang.de maleſi. ubi ſupra uerſ.4.principaliter. nu. 51.

53 Limita ſeptimò † non procedere in inquiſitione generali. Nam fama nõ præcedẽte fieri poteſt. Abb. c.1. in glo.1.de offi. ordi. Marant. ubi ſupra nu.29.

54 Limita octauò † non procedere in caſibus,in quibus præceſſit inquiſitio generalis; Quia poteſt peruẽniri ad ſpecialem ſine aliqua probatione famæ,ex quo generalis diſpoſitio eſt prępararoria ad ſpecialem. Quia aliàs fruſtra fieret, ſi per eam non perueniretur ad ſpecialem. Bald.d.l.iubemus. uerſ.2. eſt ſciendum.C.de probat.latè Marant.fol.93.nu.30.ubi.

Contrarium tenuit in hoc caſu;Quia ſi dicta limitatio vera eſſet, nimis magna reſtrictio eſſet ad materiam inquiſitionis.Vnde omnes leges prohibentes inquiſitionẽ ſeruirent nobis de uento, cum communiter omnes officiales ſoleant in pincipio ſui regiminis huiuſmodi banna facere, per quæ alterantur legum diſpoſitiones & pœnæ earum, & per hoc daretur poteſtas officialibus ut deſtruerẽt multas leges, & ſic principis poteſtatem ſibi uindicarent,quod dicendum non eſt ſecundum eum, ubi dat duas declarationes ad hanc limitationem.

Limita nonò non procedere † quan-
55 do fit inquiſitio non ad effectum corrigendi ſed pro ſalute animæ, ut quando Epiſcopus uiſitat eccleſias, & quando uult ſe informare de uita, & moribus eligendi, uel conſecrandi, uel alicuius promouendi ad ordines, ſi eſt idoneus. Nam tunc ex officio procedit nulla fama præcedēte. Abb.c.1. in gl. 1.de offi. ordi. Specul. de inquiſi. §. quando uerſi.licet autem, & §. uiſo in ſumma. Maran. ubi ſupra nume.32.

Limita decimò non procedere † quā
56 do iudex inquireret ex neceſſitate ſui officii. Vt quia extaret ſtatutū, quòd iudex teneatur inquirere de tali crimine, aliàs puniatur. Nam tunc inquirere abſque diffamatione licitè poterit. Ange. de Malefi. verb. ubi ſupra uerſic.4. principaliter: Hippol.d.§. conſtante. nume. 20.

Limita undecimò non procedere
57 † quando inquiſitio formaretur contra confeſſum crimen ſponte. Nā hoc caſu ualet inquiſitio abſq; diffamatione. Ange.in l.ſi uacātia. C.de bon.uacan.libr.10. Refert. Hippol.d.§. conſtante.nu.20. ubi etiam in nume.30.hoc duplici ratione comprobat. Primò, quia ex tali propria confeſſione oritur diffamatio, & integra ac legitima probatio, ſecunda eſt: quia etiam ſi talis inquiſitio non potuiſſet de iure formari, & ſic eſſet nulla, non tamen poſſet per ipſum reum ſponte confeſſum opponi talis nullitas, &
58 inualiditas cum † ſponte confeſſus non poſſit de ineptitudine ſeu inualiditate proceſſus opponere. Bald.l.2.C.de re iudi. latè Hippol. d.§.conſtante.nume.30.& 31. Et eodem modo, nec de inualiditate inquiſitionis &c. ut per eundem.

Limita duodecimò non procedere,
59 quando † iudex ex mero eius officio procederet ad dictam inquiſitionem. Nam tunc neceſſe non eſt, ut diffamatio præcedat. Ang.de Malefi. uerb. mero officio Peruſ. d.l.ſi uacantia. C. de bon.Vacan. lib.10. Barb.conſi.47.nume.16.& 17.uolum.1. ubi dicit quòd cautius eſt.

Limita tertiodecimo non procedere
60 † quando perſona illa inquirenda eſſet talis perſona, quæ uerè uel iuris præſumptione de tali crimine ſuſpecta eſſet; & ſic iudici præambulum aliquod conſtaret. Ang. de Malefi. dicto uerb. Hæc eſt quædā inquiſitio. uerſic. 7. principaliter. prope fi.

61 Præterea † autem omnia, quæ à principio uſque tunc dicta ſunt, procedunt de iure, ſed hodie aſſeſſores communiter prædicta nō obſeruant: ſed in quocumque caſu p inquiſitionem procedunt. Gandi. q.de Malefi.cognoſ.per inquiſ. Bonif.de Vital. de inquiſi. col. 2.fol. 81.Blanc.l.fi.nu.5.de quæſtio. Alber.l.ea quidem.uerſ. de conſuetudine tamen.C. de accuſ.

62 Vltimò ſcias, ꝙ † qualibet qualitas

tas inquiſitionis appoſita debet ꝓbari & uerificari, aliàs reus inquiſitus abſolui debet. Ita uidetur tenere Bal. in l. 2. C. de proba. & in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. latè per Hippol. in rubrica. C. de proba. nume. 439. Ioan. And. ca. 1. de homicid. in 6. ubi refert ſemel euaſiſſe quendam Prælatum a pęna mortis inquiſitum, qui aſſaſſinauerat quendam hominem Chriſtianum. Tamen non fuit probata illa qualitas aliàs, quòd homo ille aſſaſſinatus fuiſſet Chriſtianus, ſecundum ꝙ requirit text. in d. ca. 1. de homicid. Vnde per hoc fuit liberatus ille Prælatus à pęna mortis, quamuis contra eum aſſaſſinamentum probatum fuiſſet, ſequitur Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. col. 3. de epiſ. & cleri. Pet. de Anch. cōſi. 270. incip. de titul. crimi. Hippol. ubi ſupra Alex. conſ. 197. col. 2. uol. 2. Hippol. in pract. §. qm̄. nu. 52. & §. & quia nu. 10.

Contrarium tamen tenuit Marant. fol. 93. nu. 33. Contrarium uoluit Hippol. d. §. conſtante fol. 11. uer. modo redeundo, Barb. conſil. 93. nu. 4. cū ſeq. uol. 1. ubi refert multos contrarium tenentes. Io. And. Card. Ant. de Bur. Abb. c. cum dilecti. de dolo & contu. Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de Maleſi. ubi ſupra.

Quod autem ſupradictum eſt in ulti. q. uidelicet ꝙ quælibet qualitas in inquiſitione appoſita probari, & uerificari debet, aliàs ſequi debet abſolutio. Amplia uerum eſſe etiam
63 in libello accuſatorio. Nā † omnes qualitates in eo appoſitæ probari debēt, aliàs reus abſolui debet. Puta ſi accuſator expreſſerit in accuſatione, quòd Titius ipſum uulnerauit cum ſanguinis effuſione dolosè. & animo eum interficiendi. Ita latiſſimè per Bal. cōſ. 431. uol. 4. Soci. Senior. conſ. 36. uol. 2. Cæpol. conſ. 36. eſto ꝙ in actis, Feli. c. licet cauſam, in gl. verb. aſſaſſiniū. de proba. Hippol. latè ſingul. 178. qualitas appoſita. ubi uoluit, ꝙ ſi omnes illæ qualitates probatæ nō fuerint, omnino de neceſſitate de-
64 bet fieri abſolutio rei. Quod † aūt dictum eſt, omnes qualitates in accuſatione appoſitas uerificandas & probandas eſſe, aliàs abſoluendus reus. Debet intelligi quando illę qualitates alterant factum ſeu qualitatem pęnę, ſecus quādo qualitas illa non alterat delictum nec pœnam.
65 Nam † tunc, ſiue loquamur in Ciuili, ſiue in Criminali, defectus ꝓbationis illius qualitatis nil operatur. Ita no. uoluit ſing. Homod. conſ. 40. Hippol. in pract. §. & quia nu. 19. Roma. conſ. 110.
66 Dolus † in delicto ſemper pręſumitur, adeo ꝙ transfert onus ꝓbandi in aduerſarium, aſſerentē dolo non deliquiſſe. Nec curia grauatur unquam ad probandum dolū, ex eo ꝙ poſitum fuerit in inquiſitione dolosè & appensatè. Nec pratica iſta introducta fuiſſet à do-

ctis aſſeſſoribus, ſi dolum in inquiſitione appoſitum probare neceſſe haberent. Corn. conſi. 33. nu. 18. & 19. uol. 1. Bald. conſi. 152. uolum. 1.

67 Vltimo nota, ꝙ † inquiſitio tunc dicitur temerè facta, quando nulla infamia præcedente facta fuerit, uel nullis indiciis, & tali caſu ſi iudex inquiſiuerit tenetur in ſindicatu, tamquam fecerit litem ſuam. Vide latè hanc materiam per Barb. conſ. 197. uol. 1.

Contrarium tenuit Hippol. in practic. §. conſtante. in fin. ubi pulchrè.

Regula II. de Iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

Arbitrium iudicis, quando cauſa eſt eius arbitrio commiſſa, poteſt uſque ad mortem extendi incluſiuè. Tanto magis in delicto atroci. numer. 2. limitatur nouem modis.

3 *Poteſtati alapam dans meretur pœnam mortis, quod intellige ut infrà.*

4 *Arbitrium intelligitur ſecundum dignitatem eius, cui conceditur.*

5 *Iudex nõ debet nouas pœnas, ſed ſolitas imponere.*

6 *Nobilis debet decapitari et non ſuſpendi, ubi pœnam meretur mortis, licet ſecus ſit in plebeio.*

7 *Pœna commiſſa arbitrio intelligi debet de conſueta, et non de noua.*

8 *Pœnæ omnes in principe ſunt arbitrariæ.*

9 *Iudex alterans pœnã in cauſa eius arbitrio commiſſa, debet cauſa alterationis et ſentẽtia exprimere, aliàs in ſyndicatu tenetur niſi ea conſtet ex actis.*

10 *Sententia refertur ad acta.*

11 *Pœna mortis ubi ex cauſa aliqua receditur, pœna tantum pecuniaria imponi poteſt.*

12 *Caſus, in quibus iudex habet arbitrium à lege in eis arbitrandi, hic per ordinem munerantur.*

13 *Arbitrium debet eſſe conforme regulis iuris.*

14 *Iudex non tenetur reddere rationem de iis quæ fecit, ſi ſint de iis, quæ ipſius arbitrio ſunt commiſſa.*

15 *Iudex in caſibus, in quibus arbitrari mortem non poteſt, nec etiam mutilationem membri poterit.*

Arbi-

Arbitrium iudicis an extẽdi poſſit uſque ad mortem, excluſiuè, uel incluſiuè, adeo quòd poſſet condemnare ad mortẽ illum, cuius cauſa arbitrio ſuo commiſſa fuiſſet, & latè de eius materia.

1 DICAS † regulariter à iure receptum eſſe, ut tale arbitrium uſq; ad mortem extendi poſſit. gloſ. eſt notabilis in §. in ſumma, inſti. de iniur. quam ſequitur Bald. in c. 1. §. iniuria, in prin. de pac. iura. firma. & in l. fin. in fi. C. de his qui latro. Bart. l. fi. in fi. C. ubi pupil. educari deb. Abb. ca. literis de conſti. Fely. c. cum te. col. 2. de re iudi. Maran. in ſuo Specul. aduoca. fol. 29. ubi hunc articulum latiſſimè ad partes examinat, tandem determinat hanc eſſe magis communem opi. Math. ſingul. 48. & 102. & pro hac opinione, eſt text. clarus in l. ſacrilegij. C. ad l. iuli. pecu.

Præfata † autem regula & commu-
2 nis opinio tantomagis uera eſt, quãto delictũ eſſet atrox, & exceſſio illius delicti fuiſſet magna uel enormis. Paris de ſind. fol. 232. uerſic. an ſit ſtatutum. Bald. l. 1. C. de his qui latro.

Limitatᵉ modo dicta regula in multis caſib. & primò, ut nõ procedat in delictis non conſumatis, & inperfectis, ſed ſolum locum ſibi uindicat, quando perfecta & conſumata fuerint. Bal. conſi. 443. inci. Cecus. col. 2. uol. 3. Feli. ca. ex literis uerſi. 2. declara. de conſti. Marant. ubi ſupra n. 231. Paris de ſind. fol. 238. Specu. de accuſ. uerſ. quid ſit primo, Cin. l. is qui cum telo. C. de ſicar.

Limita ſecundò, quando lex uel ſtatutum diceret pœnam eſſe ad arbitriũ iudicis ſimpliciter nullo alio adiecto. Nam tunc non licebit mortem arbitrari ſed tanq̃ bonus uir hoc arbitrari debebit. Ang. de Malefi. uerb. & ibi caput à ſpatulis: uerſ. quæro aliqua lege: Imol. l. 2. de publi. iudi. & ca. ex literis. de conſtr. Carer. fol. 565. ſecus uerò eſſet, ſi ſtatutum diceret, quòd pœna talis delicti ſit ĩ iudicis arbitrio uſque ad mortem Ioan. de Imol. d. l. 2. Par. de Put. in ſindi. fol. 237.

Tertiò limita non procedere, quando delicti qualitas non ſuaderet mortem, ſaltem ex communi conſuetudine, uel ſtatutorum diſpoſitione. Nam tunc ipſi mortem arbitrari non licebit, & iudex aliter faciendo diceretur partem grauare, & ab eius ſententia poterit appellari uel peti, ut ad arbitrium boni uiri reducatur. Angel. de Malefi. uerb. & ibi caput à ſpeculis. uerſi. quæro aliqua lege. ubi Aug. de Arimi. in addi. ad eum, Imol. d. l. 2. de publi. iudi. Math. ſingul. 48. & 102. Paris de ſind. uerb. arbitrium. nu. 17.

nume. 17. fol. 61. & 137. Feli. c. inquiſitionis. uerſic. ult. tangit, de acuſ. Gram. conſi. 39. nu. 7. Bal. c. j. de pace iu. firman.

Solum ergo regula procederet, quando delictum eſſet ita graue attẽtis ipſius circunſtantiis, quòd pœnã mortis mereretur, puta ſecundum

3 Bald. in d. §. iniuria, ſi † aliquis Poteſtati, uel Gubernatori alapam dederit. Nam reſpectu eius qualitatis cenſetur attrociſſima, unde hoc caſu iudex pœnam mortis poterit arbitrari, ſecundum Bald. d. c. 1. §. iniuria, Ioan. de Ana. d. c. inquiſitionis. Fely. d. c. ex literis. uer. 1. declaratio. Maran. ubi ſupra nu. 55. Paris fol. 237.

Quod autem dictum eſt de alapa data Poteſtati, intelligas uerũ, quando pro tali offenſa Poteſtati facta ſolitum fuiſſet mortem imponi, ſecus uerò ſi alia diuerſa imponi ſolitum ſit; Nam tunc illa imponetur & non alia. Dec. conſ. 1. nu. 10. uol. 1.

Qvartò Limita, qñ ſtatutum diceret, ꝙ reus incurrat pœnam 100. ſcut. uel aliam pęnã arbitrariã; Nã tunc iudex ſimilem pœnam imponere debet, & non mortem. Aug. de Arimj. ubi ſupra, Bald. l. & ſi poſt tres, in prima lectura, col. 7. uerſi. item facit ad aliam. ff. ſiquis cautio.

Qvintò Limita, qñ tale arbitrium datũ eſſet alicui iudici pedaneo, uel magiſtratui inferori; Nam tunc uigore talis arbitrij nec bona confiſcare, nec pœnam corporalem im-

8 ponere poteſt. Bald. l. 1. C. ne ſine iuſſu Principis. Ioan. de Ana. c. ſuper his. col. 5. uerſi. Item adde. de accuſat. ex quo dicunt præfati doctores, quòd ſi alicui minori iudici datur arbitrium contra ludentes ad taxillos non ſententia po-

4 terit bona confiſcare: Quia † arbitrium intelligitur ſecundum dignitatem eius, cui cõceditur. Hippo. ſingu. 297. Carret. fol. 506. Barba. conſi. 11.

Sextò Limita, quando lex uel ſtatutum expreſſè arbitrium iudicis limitaret, uidelicet ut talem pœnam imponere nõ poſſit. Nam tunc mortem arbitrari non poterit. Maran. ubi ſupra.

Septimò Limita, quando dicit lex, quòd iudex poſſit uel debeat pœnam moderari; Nam tunc ab arbitrando mortem excluſus eſt, Maran. ubi ſupra.

Octavò Limita, quando arbitriũ daretur iudici ſimpliciter puniendi in pœnis non à iure expreſſis. Nam tunc non poſſet facere crimẽ capitale, quod non eſt capitale, ſed bene mortem arbitrari poſſet, quã do arbitrium iudici daretur in pœnis à iure expræſſis prout eſt in actione iniuriarum, in qua pœna corporalis ſtatuta eſt, & pecuniaria ad arbitrium iudicis. Tunc iudex propter enormitatem delicti poterit mortem arbitrari. Feli. d. c. ex literis. uerſic. 4. declara. Maran. ubi ſupra nu. 16.

Nonò Limita, quando in ſimili-
bus delictis eſſet conſuetudo, q
pęna mortis nõ imponatur,ſed mi
tior. Nam tunc iudex pęnam mor
tis imponere non poteſt, ſed con
ſuetudinariã ſeruare tenebitur, &
ceſſabit tunc arbitraria,ita eſt tex.
in l.quicumque,uerſ.ſcias tamen.
C.de ſerui.fugit. Feli. d.c.de cau-
ſis. col.1.de offi.delega. Abb.c.in
quiſitionis.col.fi.de accuſ. Alex.cõ
ſi.5.in fi.& cõſi.11. uol.1. Maran.
vbi ſupra num.57.ſed ſi conſuetu
do extaret,ut in ſimili delicto pœ-
na mortis ſemper impoſita fuerit,
tunc mortem ipſe iudex poterit
etiam arbitrari,Paris de Sindi. fol.
237. Et ideo menti teneas,& non
5 obliuiſcaris,quòd † iudex ſemper
debet pœnas imponere aliàs impo
ni ſolitas, nec debet noua pœna-
rum genera imponere, tam in ca-
ſibus ubi põt mortẽ arbitrari q̃ in
6 alijs † nam ſi nobilis erit ſuſpendi
non debet, ſed potius decapi-
tari pro crimine, ſi uerò plebeius
ſit, tunc ſuſpendi poterit ſi mortẽ
mereatur. Paris de ſindi. ubi ſupra
& Bald. in l. non dubium.C.de le-
7 gib.& ratio huius eſt:quia † quan
do cunque in iudicijs pœna relin-
quitur arbitrio iudicis, ſemper de
conſueta apponi in illo delicto in
telligitur,Bart. in l.penul.§.ad cri
men,de pub.iudi. Bald.l.& ſi ſeue
rior.de infam.Paris ubi ſupra Alex.
ſi.55.uol.7:

Quod autem dictum eſt ſupra à prin
cipio uſque huc procedit in iudi-
ce, ſecus autem erit in Principe.
8 Nam † in eo omnes pœnæ ſunt ar
bitrariæ,& ſemper poterit pœnam
mortis ad libitum arbitrari. Aug.
de Arimi. in addi. ad Ang. de Ma
leſi. uerb. & caput ibi à ſpatulis.
uerſ.quando aliqua lege.

Vlterius ſcies, quòd † quando iudex
9 ad arbitrium ſibi conceſſum pœ-
nam alteraret, debet in ſententia
cauſam alterationis inſerere, aliàs
ſi pœnam grauaret, teneretur in
ſindicatu, niſi ipſa cauſa in actis
appareret. Nam tunc neceſſe non
10 eſt cauſam exprimere, cum † ſen-
tentia ad acta referatur. Paris de
ſindicatu uerb.arbitrium,num.7.
fol. 60.

Item ſcias, quòd † quotieſcunque
11 pro delicto uenit imponenda pœ-
na mortis, & ex aliqua cauſa à pœ
na mortis receditur, tunc non po
teſt ulterius pœna corporalis im-
poni, ſed pecuniaria tantum. Hip
pol. conſ.24.num.36.Gram.conſ.
36.col.pen. & fi. & conſi.39. col.
3.Hippol.l.1. §. Diuus Adrianus,
nu.30. de ſicar.& Bened.in l. fra
ter num.61.C.eodem.Prout uide
mus in minore delinquente, qui
licet commiſſerit delictum aliàs
puniendum pœna mortis, tamen
propter minorem ætatem non pu-
nitur pœna mortis nec alia corpo-
rali, ſed pecuniaria tantum. Hip-
pol. ubi ſupra.

Et ut ſcias ad plenum, quæ dicantur
illæ cauſæ, in quibus iudex arbi-
trium habet à lege in eis arbitrandi
&

12 & pœnam imponẽdi † dicas plures reperiri caſus.

Primus caſus eſt, an iudicia ſint ſufficientia ad torturam nec ne, iudicis arb. relinquendum eſt, ex diſpoſitione iuris, cum in eis certa doctrina dari nõ poteſt, Blan. l. fi. nu. 40. de quæſtio. Bald. & Ang. l. milites. C. eodem, quod uerum eſt,
13 † quando arbitrium tale erit conforme iuris diſpoſitioni, & ſit ſecundum regulas, & debet in omnibus iuri conſonum eſſe, ſecundũ Bar. in extrauagan. ad reprimen. uerb. uidebitur, & in l. ſi in l. loca Ang. l. 1. de teſta. mili. Blan. ubi ſupra Hippol. l. quæſtionis modũ, col. 1. de quæſtio.

II. Caſus eſt, nã tempus, infra quod purgatur metus per actum ſpontaneum ſubſequentem iudicis arbit. relinquitur. Hoſt. in c. 1. quod met. cauſa, Hipp. d. l. quæſtionis modum, num. 10.

III. Item quis dicatur inimicus relinquitur arb. iudicis, Ioan. Andr. poſt glo. c. cum oporteat, de accuſ. Hippol. ubi ſupra col. 1.

IIII. Item, quod dicitur delictum graue, iudicis arb. relinquitur. Bal. c. propoſuit, de appell. Hippol. ubi ſupra.

33 pradictos nominatos, ſocii criminis non faciunt indicium aliquod ad torturam, ſed tantum ſufficit ad inquiſitionem formandam. Vnde iudex ex eo poterit inquirere, ſed ulterius uolens progredi iure poterit impediri. Hoſtien. Ioan. Andr. Anton.de Butr. Abb. Anchar.ca.1. de confeſſ.Cin.l.fin. C. de accuſat. Blan.l.fin.C.de accuſa. Marſ.conſ. 187. Ioann. de Venafro conſ.37. col.1. Alciat.de præſumptio.in ſecunda regu.fol.232.Carrer.in practica.fol.95. ubi dicit hanc eſſe cōmunem, Ang.l.& ſicut.ad ſill.Bal. conſ.95. uol.1. Salic.d.l.fin.C. de accuſ.Corn.conſi.55.uolu.1.Paris dePut. de ſindic. fol.325. Gramat. conſ.21.nu.8.Ang.de maleſi.uerb. hæc eſt quædam inquiſitio. uerſ.2: principaliter.nu.22.

Quod uerum eſt, dummodo talis ſocius criminis, aliàs periurus non ſit Ruin. conſil.146. nume. 45.uollum.5.

Item uerum intelligas † dummodo
34 talis nominatio facta fuerit in tortura, uel poſt incontinenti, aliàs nec ſufficeret ad inquiſitionem. Salic.l. fin.C.de accuſat. Doctor.communiter, ubi Blanc.atteſtatur. in d.l.fi. num.387. Nouell.in pract. fol.30. latè per Carrer.fol.95.

Et Nota† quòd quàmuis in omnib.ſu
35 pradictis 22.caſibus, & non in aliis ſocius poſſit de ſociis interrogari, & interrogatus indicium faciat ad torturam, tamen in eiſdem caſibus & ſic in caſibus ſpecialibus non facit indicium contra ſocios, nec de ſociis interrogari poterit, niſi omnia inſradicenda requiſita interuenerint, quibus omiſſis nullo modo poterit, interrogari etiam ut dixi in dictis caſibus ſupra enumeratis.

36 Primò † enim requiritur, ad hoc ut inculpatus de participatione delicti torqueri poſſit, ut inculpatio ſocii non ſit ſola nec nuda, ſed concurrat præſumptio aliqua uel adminiculum aliquod aliàs nihil
37 inculpato noceret. Iſtud † uerum eſt niſi in caſibus difficilis probationis, nam in eis admittitur abſque probationibus, ſeu adminiculis, Carrer. fo.97. dummodo inculpatio facta ſit in tortura, ut dixi, & loquitur Carrer. ubi ſupra. admini
38 cula † autem iſta ſunt, uidelicet ſi talis nominans habebat cum nominato conuerſationem, ſecundum Grama. uoto 6.num. 3. uel inter eos maxima & ſtricta amicitia reperiebatur, uel ſi fuerint in ſecreto locuti, ante delictum cōmiſſum, uel inter accuſatum, & occi -

ſum

ſum inimicitia erat, adeo quòd ueriſimile eſſet, eos non mentiri, glo. l.fin.C.de accuſat. Guid. de Suza. in de indic.& tortu. num. ubi ſupra. & num. 53. ubi Bologn. in addit. Gramat.conſ.21.nume.6. & conſ. 38.nu.12.& in noto.6.col.2.Hippol.ſingul.209.& conſ.15.num.5. & l.1.§.diuus Anton.nu.8.de quęſtio.& in pract.§.diligenter.nu.60. Carrer.fol.96. Salic.l.fin.in fin. C. de accuſ. Alex.conſ.89.nu.12.uol. 3.gloſ.not.in c.nemini.15.q.3.Pariſ.conſi.151.nu.9.uol.4. Gramat. deciſ.29.nu.13.& dec.34.nu.37. Ruin.conſi.146.nu.8. uſque ad fi. uol.5.& conſ.147.col.11.eodem. uol. Blanc.l.fin.num.378.cum ſequen.de quæſtio. Imol.l.1.de quęſtio.Ioan. Mil.fol.132.Paris de ſindi.fol.219.Gandi.de quęſtio.num. 16.Gramat.conſ.128.col.12.Fran. Brun.de indic. & tortura.uer.circa tertium.nu.24.& 25.

Secundò † principaliter requiritur, ut
38 talis nominatio ſocii in tormentis, uel ſtatim Reo de tortura depoſito facta ſit, aliàs ſi ſponte facta fuiſſet, nihil ei præiudicaret. Albe.de Roſ. l.fi.C.de accuſat.Fulgoſ.conſ.123. Blan.l.fin.nu.350.de quæſtio. Hippol.in pract.§.diligenter, nu.61.& cõſi.22.nu.22.Carrer.fol.92.quod
39 uerum eſt † dummodo conſtet inculpationẽ talem in tormentis non ob doloris impatientiam factam. Quod cõſtabit, ſi apparebit per proceſſum, uel teſtes ipſum reum ſemper tortum fuiſſe, & ſemper negaſſe. Tandem toties in tormentis repetitus inculpauit ſe ipſum, dicendo feciſſe illud delictum de mandato Seii, uel ſimul cum Seio. Nam tunc liquidò dicitur apparere de tali doloris impatientia, & per conſequens non faceret indicium ad torturam, per multa iura adducta per Gram.uoto.34.

40 Tertiò requiritur † ut talis, qui in tormentis ſocium nominauerit perſeueret in tali confeſſione ſua ſeu nominatione, aliàs ſi non perſeuerauerit, ſeu ratificauerit, nullum indicium facit contra ſocium nominatum, Hippo. in practic.§.diligenter.num. 153. & 154. Carrer. fol.97.Io.de Venafr.conſi. 22. Vnde notabis cautelam pro nominato in ſocium ab aliquo, ut ipſe uel eius procurator petat ipſum reum tortum nominantem denuò torqueri, ad hoc ut inſpici poſſit eius perſeuerantia, uel reuocatio.

41 Quartò requiritur † ut talis ſocius inculpans non ſit ex alio delicto aliàs infamis, puta periurus, quia ſi in talib. incurriſſet inculpatio ſua parum, uel nihil inculpato ſocio præiudicabit. Grammat.conſi.61. numer. 3. & conſil. 35. numer. 27.& conſi.38.num.39 & in uoto 34.nume.9.Carrer.fol.98.Hippoly.conſ.76.col.56. Ruy. conſil. 146.uol.5.

42 Quintò requiritur, † quòd talis interrogatio de ſociis per iudicem fiat generaliter, & non particulariter. Nam ſi particularis eſſet, ſug-

geſtio diceretur, niſi contra aliquẽ in ſpecie aliqua præſumptio eſſet, Blan. in d. l. fin. nume. 380. Carrer. fol. 99. Gramat. uoto 34. num. 12. Franc. Brun. de indic. & tortu. uer ſi. circa tertium. num: 15. Sal. l. fin. C. de accuſat.

43 Sextò requiritur † ut inculpatus non ſit inimicus inculpantis, aliàs ei non crederetur, etiamſi in tortura, & in carceribus ſupranominatos inculpaſſet, Carrer. fol. 99.

44 Septimò requiritur, †quòd talis reus in tortura confeſſus fuerit legitimè tortus, hoc ẽ, quòd de iure torqueri potuerit, quia indicia legitima præceſſerunt, aliàs ſi tortus fuerit nullis præcedentibus indiciis, uel minus legitimis, nihil tali nominato in ſocium præiudicabit quia cum tortura nulla ſit, & omne quod ex eo ſequitur nullũ erit, Carrer. in prac. fol. 98.

45 Octauò requiritur†quòd inculpatus ſit malæ famæ & conditionis, malæ uitæ & malæ cõuerſationis, aliàs nominatio in ſocium nihil ei præiudicabit, Carrer. fol. 97. quo-

46 niam † bona fama talem effectum operatur, ut per ipſam eliſum intelligatur illud indicium, quod ex dicto ſocii criminis reſultabit, ſecundum Alexan. conſ. 89. colum. 2. uolum. 3. Gramat. conſil. 38. num. 15.

47 Nonò requiritur, †quòd ille reus, qui torquendus eſt in alios primò iuret de ueritati dicenda, quoad ſocios, auxiliatores & mandatores illius delicti, aliàs delictum ſuum, ſi ue dictum ſuum, ſeu ſociorum nominatio, nihil eis pręiudicabit, etiam in caſibus, in quibus licita eſt interrogatio. Vnde aſſeſſores ad hoc non aduertentes grauiter errare dicuntur, dum reum interrogare pręparant, & ei iuramentum p̃fatum non deferunt, Hippoly. in pract. §. diligenter. nu. 60. Et ideo ſecundum eum nota unum, in quo totus mundus errat, & in quo maximum lucrum & honorem cõſequi poteris. Nam ſi capti ſunt duo, uel plures ſocii criminis, & unus pluresve ipſorum ſponte, uel in tortura crimen aliquod confiteatur. Item confiteatur, quòd ille alius captus fuerit eius ſocius in illomet delicto. An hoc caſu confeſſio talis contra nominatum indicium faciat ad torturam, loquendo in caſu in quo ſocius criminis poteſt de ſociis interrogari. Dices pręfatam nominationem indiciũ non facere ad torturam. & hoc iõ ſecundum Hippol. erit, quia talis ſocius fecit confeſſionem hanc in tortura, uel extra ſine aliquo iuramento, & per conſequens non ualere. Ita Hippol. d. §. diligenter. nu. 62. & 63. ubi dicit, per hanc cautelam defenſaſſe multos à morte, & à tortura nominatos in ſocios à cõſociis in tortura, uel extra, & maximè quando proceditur per inquiſitionem, quia tunc dici non poteſt, quòd ille ſocius dixerit tanquàm accuſator, ſed de neceſſitate dicen-

dum

dum eſt,quòd cum proceſſum fuerit per inquiſitionem, quòd illud dixerit tanquàm teſtis.Vnde ſequitur iuris diſpoſitio,quòd teſtis ſine iuramento deponens, & maximè in criminalibus nullam fidem facit.Meritò hoc caſu dictum illius ſocii ſocio non præiudicabit . & ideò iudex cautus ſit, & bene aduertat,ut priuſquàm reum interroget de ſociis, illi iuramentum deferat de ueritate dicenda ſuper ſociis auxiliatoribus, & mandatoribus illius delicti,aliàs dictum ipſius nihil operabitur.Vnde etiam doctiſſimi errant in hoc, ſecundum Hippolyt. in practic. §. diligenter. nu. 66.& 67.

48 Decimò requiritur†ut iudex diligenter conſideret , ut ex qualitate deponentium , ex numero teſtiũ ex perſona eorum, contra quos deponitur,ueriſimile ſit,eos non mẽtiri, Arc. conſi. 1. & c.cum P. Manconella. colum.7. de accuſat. Hippol.in pract.§.diligenter.nu.60.& conſi. 22.num.21 .& conſi. 28.nu. 17. Carrer.fol.96. & 97.tex. eſt in c.in fidei fauorem.de hæret. lib.6. Blanc.l.fin.num.37.de quæſtio. & ideo dixit Gramat.conſ.35.nu.25. & cõſi.44.uol.3.quòd iudex etiam in caſibus expreſſis debet eſſe circũſpectus, ut prius requirat de fama & conditione ſocii nominati, & nõ moueatur ex ſola confeſſione, & ſi inuenerit aliquem bonę famæ tunc talis depoſitio parum operabitur, quod uerum eſt etiam,ſi talis nominatus eſſet presbyter . Gramat.ubi ſupra.

Si dicatur† Quam ergo ſpecialitatem
49 habent ſupradicti 22.Caſus, ſi etiã in illis ſicut in omnibus aliis caſibus ad tormenta contra ſocium inculpatum perueniri non poteſt,niſi præcedẽtibus legitimis indiciis, ut dixi ſupra, & niſi concurrentibus tot requiſitis ſupradictis.Dicas, ꝙ ſpecialitas concurrit in hoc, uidelicet,quòd hæc indicia in caſibus ſpecialibus prædictis non requirantur ita legitimè,ſicut in aliis caſibus nõ exceptuatis, ubi indicia in genere ſuo omni exceptiõe maiores requiruntur. Bologn.in addit. ad Guid. de Suz.de ind. & tortura.num.53. ubi uoluit,quòd ſi in ſupradictis caſibus ſpecialibus, ſi inculpatus & ſocius fuerit famæ malæ & conditionis,torqueri poſſit regulariter.ſecus eſt in aliis caſibus nõ exceptuatis,in quibus mala fama ad torturã non ſufficit,ſecundum Gram.conſ. 21.nu.67.

Vltimò †pro complemento huius arti
50 culi ſcias optimam, & pulchram cautelam ad ſaluãdum clientulum tuum,qui eſt nominatus in ſocium & inculpatus à reo.Dicas,quòd talis inculpatus ab illo reo, primò generaliter neget, ſe commiſiſſe delictum primò oppoſitũ,ſed caſu quo fecerit, dicat, quòd ille, qui contra eum producitur , fuit particeps illius delicti, & ſocius ad ipſum delictum.in c.1. de teſtib.in 6. Specul. de accuſ. uerſ. caue tamen . Neque

huic cautelæ obſtat, quòd eleganter dixit Sal. in l. qui crimen. C. de
51 his qui accuſ. non poſſ. ubi uoluit † exceptionem hanc dilatoriam eſſe, & per conſequens ante litis cõteſtationem proponendam eſſe, & non poſtea, ut per eum. Nam Reſpondetur, non eſſe uerum, iſtam exceptionem dilatoriam eſſe, imò peremptoriam, & per conſequens quandocunque opponi poſſet uſque ad ſententiam. gloſ. eſt in c. 1. uerſ. per ſententiam. de excep. & in c. ex parte. & in c. 1. de teſtib. ult. gloſ. & eſt text. in cap. licèt canon. uerſ. unde quia talis exceptio. de probat. Hippol. l. 1. §. Diuus Antoninus. nu. 15. de quæſtio. Vel ſecundò reſponderi poteſt, quòd dato quòd talis exceptio. (tu fuiſti ſocius criminis,) di-
52 latoria eſſet † tamen poſſet opponi poſt litem conteſtatam, per doctrinam Innoc. in ca. paſtoralis. de except. & Rom. in l. lecta. ff. ſi cer. petat. ubi licet exceptio dilatoria regulariter opponi non poſſit poſt litem conteſtatam, tamen poteſt talis exceptio poſt litem conteſtatam incontinenti opponi. Hippol. d. l. 1. §. Diuus. Anton.

Contraria.

Contrarium tenuerunt quidam relati per Fulgoſ. conſ. 71. & per Carrer. fol. 97.

Contrarium tenuit Hippol. in practi. §. diligenter. num. 61. Grama. conſi. 38. nume. 19. Fulgoſ. conſ. 136. Dec. conſ. 189. num. 9. uolum. 1. Ioan. de Anan. conſi. 59. Tamẽ prima opinio communis eſt.

Contrarium tenuit Blan. l. fin. num. 384. de quæſtio. ubi uult, ꝙ ſine iuramento credatur.

Regula V. de mandatario & mandante.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius contra mandantem regulariter non facit indicium ad torturam.*

2 *Mandatarius, qui acceptauit mandatum, nullum facit indicium, intellige, ut infra, in fi.*

3 *Mandatarius malæ uitæ non facit indicium contra mandantem.*

4 *Mandatarius, qui ui tormentorum & impatientia doloris aliquem inculpat, non facit aliquod indicium contra mandantem.*

5 *Aſſaſinus inculpãs aliquem de mãdato ad aſſaſinium, non concurrentibus alijs, nullum facit indicium.*

6 *Reus criminis læſæ maieſtatis contra mandantem, alijs adminiculis non concurrentibus, non facit indicium.*

7 *Mandatarius falſarius non facit indicium contra mandantem ad torturam.*

8 *Mandatarij inculpatio facit tantum indicium ad inquirendum.*

9 *Mandatarij inculpatio cum dicto teſtis*

ſtis de auditu facit indicium ad torturam.

10 *Mandatarij inculpatio, ſi mandatum non acceptauit, facit ad torturam indicium contra mandantem. Intellige, ſi talis mandatarius docuerit per legitimos teſtes ſe tentatum aliàs ſecus, nu. 11. intellige etiam, niſi eſſemus in delicto, in quo quis ex ſolo mandato non tenetur, niſi effectu ſecuto, num. 12.*

13 *Mandatarij inculpatio ſuffulta aliis adminiculis facit indiciũ ad torturam contra mandantem, intelligc, ſi inculpatio fiat in tortura, num. 14.*

15 *Excuſatio mandantis à mandatario facta excuſat mandantem aliis concurrentibus, ſed non ſola.*

16 *Aſſaſſinus, ſiue acceptauit mandatum, ſiue non, facit indicium ad torturam.*

Mandatarius an contra mandantem indicium faciat ad torturam.

DICAS Regulam eſſe,
1 quòd† ſimplex mandatarius contra mandantem nullum indicium faciat ad torturam, Hippo. in prac. §. diligenter. nu. 37. & 38. cũ ſeq. Paris de ſind. uerb. de tortura, el 3. ubi aſſerunt hanc eſſe communem ſententiam, Nouel. in pract. fol. 31. Bal. conſi. 439. uol. 3. Signo. de Homo. conſ. 209. Pariſ. conſ. 51. uolu 4. Carrer. in prac. fol. 99.

Amplia prædictam regulam multis
2 modis, & primò† ut tanto magis procedat, quando mãdatarius mãdatum acceptaſſet, & executioni mandaſſet. Nam tunc abſq; dubio eius dictum nullum indicium facit ad torturam contra inculpatũ, de mandato. Et ratio eſt, quia aſſerendo illud delictum eſſe de mãdato talis, facit ſe participem, & criminis ſocium, unde ei per torturã non creditur per ea, quæ latè dixi ſupra in regula præcedente ſequitur Grama. in uoto 34. deciſ. 18. & conſil. 21. ubi etiam reddit aliam bonam rationem. Bal. conſi. 97. uolum. 5. an Mandatarius. & conſil. 429. uolum. 3. Signo. de Hom. conſi. 209. Carrer. in practic. fol. 319. Hippol. l. 1. §. Diuus Antonius. nu. 9. de quæſtio.

3 Secundò Amplia † ut tanto magis uerum ſit, quando mandatarius reperiretur eſſe malæ uitæ ac famæ, & de aliis criminibus aſtrictus & diffamatus, cum talis à teſtificatione repellendus ſit, Grama. uot. 34. Specul. de teſt. §. 1. uerſ. Item quòd eſt probatæ uitę, & faciũt dicta in regula præcedenti.

4 Tertiò Amplia † ut tãto magis procedat, quando conſtaret talem inculpationem de mandato factam eſſe ui tormentorum, & ob doloris impatientiam, nam tunc nullũ indicium faciet contra ipſum. Apparere etiam iſtud de facili poterit, nã

ſi per

ſi per teſtes, uel proceſſum conſtaret, ipſum reum ſemper tortū fuiſſe & ſemper negaſſe. Tandem toties & toties in tortura repetitus, & doloris impatientia aſtrictus, Titium de mandato inculpauerit, certè tunc ei minimè credēdum erit. Cum ex uerisimilibus præſumendum ſit potius, illud dixiſſe ui tormētorum aſtrictus, quàm quòd uerum ſit, ea etiam potiſſimum ratione, quia cum quis de dolo interrogatur, primæ diſpoſitioni ſtandum erit, licet contrarium ſecundo loco in tormentis depoſuerit. Gramat. dicto uoto. 34. & conſi. 21. nume. 13. & 14.

5 Quartò Amplia † ut procedat etiā ſi eſſemus in crimine aſſaſſinii. nam ſi aſſaſſinus aliquem interfecerit, & dixerit de mandato Titii illum occidiſſe, nullis aliis indiciis exiſtentibus, nullum contra Titium indicium facit ad torturam, Grama. latè conſi. 21. Signo. de Hom. conſil. 209. Carrer. fol. 319. 320. & Gram. uoto. 34.

6 Quintò Amplia † ut procedat, etiā ſi eſſemus in crimine læſæ Maieſtatis, In quo in hoc nulla ſpecialitas reperitur. Afflic. in conſtitu. reg. incip. ſi damna. Gram. d. conſ. 21: Carter. ubi ſupra.

Sed uerū eſt, niſi talis nominatio mandatarii aliquibus indiciis uel adminiculis ſuffulta eſſet, Grama. ubi ſupra.

7 Sextò Amplia † ut procedat generaliter in quolibet mandatario, & præcipuè in mādatario falſario. Nā ſi quis dicat falſum depoſuiſſe mandato Titii, non facit contra Titium indicium ad torturam. Soc. ſen. conſi. 39. nu. 64. uol. 2. ubi multos doctores allegat idem tenentes, Dec. conſi. 234. in princ. uol. 2.

8 Hoc ergo ſolum operabitur mandatarii inculpatio † ut cōtra inculpatū ab eo iudex poſſit inquirere. Bald. conſi. 81. uol. 5. & conſ. 429. uol. 3. Gram. dec. 28. nu. 9. Dec. conſ. 189. nu. 10. uol. 1. Pariſ. conſ. 151. uolu. 4. Carter. fol. 329. Hippol. d. §. diligenter. nu. 37. & 38. & in l. 1. §. diuus Anton. de quæſtion.

Prædictam Regulam ſic ampliatam limita multis modis.

9 Primò Limita † quādo cū dicto mādatarii ſit dictū unus teſtis qui mandatum fieri audiuit. Nam tūc ſine dubio mādatarius faceret indiciū ad torturam, Paris de Puteo de ſindic. uerb. dicitur communiter. col. 4. fol. 348.

10 Secundò Limita † quando mandatarius non acceptauerit, ſed tātum de delicto committendo tentatus fuerit, tunc ſi reuelauerit, facit indicium ad torturam, & longè commēdandus erit, cum uoluerit prius illud reuelare, quàm exequi. Bal. conſi. 97. uol. 5. & conſ. 429. uol. 3. Bertac. in ſuo repertorio, uerbo mandatarius. Hippol. l. 1. §. diuus Anton. num. 9. de quæſtio. Pariſ. conſ. 151. nu. 4. Carter. in pract. fol. 319. Ratio autem huius erit, quia iſte mandatarius tali caſu ante mandatum

non

non dicitur criminoſus, ſed imò in nocenti animo & facto in bono per ſeuerauit, ob quod integerrimus te ſtis habebitur. Vnde per conſequẽs faciet indicium ad torturam, ſecundum Bald. conſ. 429. uol. 3.

Quod autem dictum eſt in dicta limi tatione, quòd ſi mandatarius mandatum non acceptauerit, facit indicium: quia longè commendandus eſt; quia potius reuelauerit quàm

11 exequi uoluerit, † intellige uerum, & cum iuris miniſterio, ſi talis man datarius tentatus de homicidio docuerit ſe tentatum per legitimos te ſtes, aliàs ſecus; quia de facili poſſet quis alium offendere, aſſerendo ſe tentatum ab eo, id aliter non uerificando, quod eſſet abſurdum ſecundum Gramat. deciſ. 28. num. 28. & Dec. conſi. 189. nu. 5. uol. 1.

Nec ſufficit probare id per teſtes ab ipſo tentatos, quia cùm ſint ſingulares, & quilibet de actu ſuo, & ſic de ſuamet tentatione deponat, & non de tentatione alterius, nihil faceret, cum ſint teſtes ſingulares, Grama. ubi ſupra & latè dicam in regula teſtes ſingulares.

Nec huic concluſioni obſtaret, ſi quis diceret, quòd ex quo non conſenſit, ſed reuelauit, longè commendãdus eſt, quia aliter iſtud intelligi debet, quàm alii credatur. Debet ergo intelligi, quando requiſitus re uelauit, ſaltem ad euitandum, ne quid ſiniſtrum contingeret ei, qui ipſum produxit, & ſic incontinenti poſt mandatum ſibi iniunctum, non autem intelligi debet, ſi quis poſt longum tempus, puta trium, uel quatuor menſium à tempore tẽtationis prædictæ, & poſt offenſam factam querelanti ad eius inſtantiam productus, ita deponeret, Grama. deciſ. 28. nu. 26.

Item intelligitur uerum eſſe, quod in limitatione dictum eſt, quando eſſemus in delicto, in quo quis ex ſolo mandato non tenetur, niſi effectu ſecuto, nam tunc non facit contra mandantem indicium ad torturam, cum ex mandato illo nulla pœna imponenda eſſet, Gram. deciſio. 28. num. 27.

13 Tertiò Limita non procedere † quando cum dicto mandatarii cõcurrerent aliqua indicia, uel adminicula ipſum adiuuantia. Puta ſi inculpatus de mandato erat capitalis inimicus occiſi, uel aliqua cã odii ſuberat, ex quo ueriſimiliter motus fuiſſet ad mandandum illum occidi, uel ſi poſt offenſam mãdatarium in domo receptauerit, uel ſi mandatarius erat ſuus familiaris, uel ſi poſt mandatum ſtatim ſecutum eſt homicidium, uel ſi mandatarius de domo mandantis exire uiſus fuerit, uel in ſecreto loqui uiſus fuerit eum. Et ſic deinde poſt incontinenti ille homicidiũ fecerit. Nam his & aliis ſimul concurrentibus faciunt indiciũ ad torturam, aliàs ſecus, in regul. in prin. Paris de Puteo de ſind. uerbo. Dicitur communiter. fol. 348. Hippol. in pract. §. diligenter. nume. 39.

& 40. Carter. in practic. fol. 99. nu.123.

14 Quod † uerum intelligas, dummodo in mandatario concurrant ea, quę concurrere debent in ſocio criminis, uidelicet, quòd illud dicat in tortura. Item quòd referat, & in ea perſeueret, & alia faciat, prout latè dixi in regula præcedenti. Carter. fol. 99. Hippol. in d. §. diligenter, numero ubi ſupra. Pariſ. ubi ſupra, Grama. d. conſ. 21.

15 Vltimò ſcias, quòd † ſi mandatarius mandantem excuſauerit, dicẽdo illud delictum commiſiſſe ratione propriæ inimicitiæ, & non ut adimpleret mandatum, excuſaret mandantem, dummodo præsũptiones adſint pro mandante, licet contra mandantem aliqua extent indicia, ſecus uerò ſi pro mandante aliquæ pręſumptiones non adeſſent. nam tunc dictum mandatarii non excuſabit. Hippol. l. 1. §. diuus Anton. num. 10. de quęſtio. & conſi. 61. nu. 37. Carter. fol. 99.

Contraria.

Contrarium tenuit Alex. conſ. 88. uolum. j. tamen modo conſtat, quòd per d. conſil. Alexandri ipſe loquitur in ciuilibus, in quibus licèt acceptare mandatum. Nos uerò loquimur in criminalibus. Ideò non obſtabit. Ita tenet Grama. deciſio. 28. colum. 5. Hippolyt. conſil. 22. num. 37. uſque ad 40. Carter. ubi ſupra.

Contrarium tenuit Bertach. in repertorio, uerb. mandatarius. Bal. l. nõ ideo minus. C. de accuſ. Pariſ. conſi. 152. nu. 6. uol. 4. ubi uult, quòd

16 † Aſſaſſinus omni caſu [ſiue acceptauerit mandatum, ſiue non faciat indicium ad torturam, Hipp. l. 1. §. diuus Anton. nume. 9. de quæſtio. Capic. deciſio. 155. colu. penult.

Tamen prædictę duæ opiniones poterunt concordari, ut prima poſita in ampliatione procedat, quando dictum Aſſaſini mandatarii erat ſimplex, & nudum, nec aliquo adminiculo munitum. Ideo ibi indicium ad torturam non facit. Secũda uerò opinio procedit, quando cum dicto mandatarii erant indicia aliqua, uel adminicula, Carter. in pract. fol. 320.

Vel dicas alio modo, & ſecundò, ut prima opinio procedat, quando aſſaſsinus abſque tortura mandantẽ nominauit. Ideò indicium ad torturam facere non poteſt. Secunda uerò opinio procedit, quando nominauerit in tortura mandantem, ideo plus operatur, &c. Carter. fol. 320.

Contrarium tenuerunt quidam relati per Pari. de Put. de ſindi.

Contrarium tenuit Hippol. multum copioſè in practi. §. diligenter. nume. 37. & 38.

Re-

Regula VI. de Mandatario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius excuſatur in leuibus ratione ſuperioritatis, ut filius uel ſeruus.*

2 *Pœna minoratur ratione ſuperioritatis.*

3 *Pœna minoratur filiæ quæ fecit abortum perſuaſione matris.*

4 *Delicta grauia, grauiora & grauiſſima quæ dicantur, remiſſiuè.*

5 *Mandatarius etiam in grauibus imminente mortis periculo excuſatur ratione ſuperioritatis.*

6 *Mandatarius excuſatur, ſi mandatum erat de genere permiſſorum, ut in conducente laboratorem ad laborandum, uel ſcindendum ligna in fundo alieno. intellige, niſi tali laboratori fuiſſet proteſtatum, num. 7. uel niſi eſſet uicinus, num. 8.*

9 *Birruarius, qui exequitur ſententiam capitalem iniuſtam ratione ſubiectionis excuſatur. idem ſi torqueret indebitè de iudicis mãdato, nu. 10.*

11 *Executor uidens ſententiam iniuſtam non debet exequi.*

12 *Mandatum principis iniuſtum excuſat officialẽ exequentem illud.*

13 *Principis mandatum iniuſtum non eſt ſtatim exequendum, quia potuit moueri ex iracundia, niſi offitiali mortis periculum imminneret.*

14 *Mandatarius excuſatur, ſi mandanti licuit mandare de iure communi uel ſtatutario.*

15 *Mandatarius exequens pro ratione ſui officij excuſatur.*

Mandatarius quibus ex cauſis excuſetur, ſi de alterius mandato delinqueret.

1 PRimò † mandatarius excuſatur ratione ſuperioritatis, ut quia ſuperior mandat ſubdito delinquere, uel pater filio, uel dominus ſeruo, ut delinquant, nam tales aliquando à delicto excuſantur, cum filius uel ſeruus domino, uel patri obedire teneantur. Quod uerum eſt in leuibus, ſecus in grauibus, Bar. l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniur. l. liber homo, ubi glo. & Floria. ad l. Aquiliam, Ang. de malefi. uerbo Sempronium mandantem. colum. 2. Dec. in l. uelle non creditur. de regu. iur. Carrer. in practic. fol. 320. Licèt in grauibus delictis mandatarius non excuſetur, Tamen † ratione mãdantis minorari,
2
ſeu alleuiari pœna debet, Bald. & Salyc. l. ſeruo. C. ad l. iul. repet. Alexan. l. non ſolum. §. ſi mãdato. de iniu. Grama. conſil. 36. colum. 2. Bald. c. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. Batto. Sozi. in fallen. 202. ubi dicit hoc menti tenendum, ad hoc ut adiuuare poſſis homines, qui interficiunt de mandato domi

3 norum Cepol.cautel.40. Idē † etiā procedit in filia,quæ per mandatū matris abortum fecit, nam minorari ei pœna debet, cum perſuaſionibus matris illud fecerit.Dec. latè conſ.535.uol.4.

4 Quæ † autem dicantur delicta grauia,quæ leuia,quæ grauiora & quæ grauiſſima,ubi ſupra per Doctor.& per Alex.d.l.leuia. de accuſa.& in l.prætor.§.præterea. de iniur.Doct.c.ſedes. de reſcript. & in c.at ſi clerici.de iudi. Cepol. conſ. 61.& 62.traditur & in §.atrox. in ſti.de iniur. & latè per Carrer. in prin.fol.320.& 321.

5 Fallit regula† quando mandatario immineret periculum mortis; ut quia ſi non occidat,mandans occideret eum, nam tunc occidendo excuſaretur.Bald. c.1. §. iniuria. uerſ. ſed pone quidam potens. de pac.iur.firm. Alex.poſt Bart.d.l.liber homo.Iaſ.§.ſi minus.inſtit. de actio.uerſ.nunquid.Bal.l.1.C.unde ui. gloſſ.l.ſi familia. ff. ſi famil. ſurt.feciſſ.dicatur, Corſet. ſingul. uerb.metus.Hippol.l.1.18. limitatio. de ſicar. Carrer. fol. 321. & 322.

Secundò principaliter excuſatur man
6 datarius † ſi mandatum à principio erat de genere permiſſorū. puta, ſi quis conduceret artificem ad ſcindendū ligna in fundo alieno, uel laboratorem ad laborandum.nam tali ratione mandatarius excuſabitur,& mandans de damno tenetur, Bal.in l.rem.§. tignum, de rei uindi.Carrer..fol.322.in pract.

7 Quod uerum eſt † niſi illi artifici, uel laboratori proteſtatum eſſet, ꝙ ligna non incidat, ſeu aliter non laboret,ex quo dominus eſt, Sali c.l. non ideo minus.C.de accuſ.Imol. Roma.& Alex.l.de pupillo,§.ſi forte. de oper.nou.nunc. Ange.in authen. ut omnes obediant iudi. in princ.Anchar.c.1.q.14.de conſtit. Carrer.in pract.fol.322.& illud uerum eſt, ſi proteſtatio fuerit facta ante locatas operas, ſeu inceptas. non ſi poſt, quia poſt non tenetur credere,Bart. l.ſi quis nolen. C. de nego.geſt.Dec.d.l.uelle.de reg.iur. Carre.d.fol.322.

8 Item uerum eſt † niſi laborator & artifiex ille eſſet uicinus, nam tunc præſumeretur ſcire, ideò ei non crederetur,nec excuſatur. Carrer. ubi ſupra.Spec.de empt.uendit.§ oſtenſo, circa fin.Bald.d.l. non ideò minus.uerſ.in gloſ.3.Ang.de malefic. uerbo & Sempronium Rodulphi, uerſ.& prædicta procedunt, Gand. de pœnis,uerſ.pone quòd ego dixi. Roma.conſi.293. Bal.l.qui ſepulchra.C.de ſepulch.uiola.

9 Tertiò principaliter † excuſatur birruiarius & familia ꝑteſtatis, qui ſententiam capitalem fuerint executi,licet iudex, aut Poteſtas iniuſtitiam fecerint.nam ratione officii excuſantur, Dyn.c.quod ſi mandato. de reg.iur. in 6. Ang. ubi ſupra de malefi. Bal. in d.l.non ideò minus. uer.quando mandatur,Paris de Puteo de ſindic. uerb. circa fi.larè Carrer.

rer.fol.322.

10 Item † ſi Iudex mandet aliquem iniuſtè & indebitè torqueri, nam excuſatur executor, familiaris & & miles, Mod. in tract. ſindic. num. 117. Bald. l. excuſantur, de infam. Ang. de maleſi. uerb. fama publica. in materia capturæ, Angel. conſil.

11 300. Tamen † ſi executor uideret iniuſtam ſentētiam non debet exequi. Innoc. in c. paſtoralis, de offic. deleg. Doct. ſupra, Carrer. fol. 323. uide quandam apoſtillam ad Bart. d. l. liber homo ad leg. Aquiliam.

12 Quartò † Excuſatur officialis, ſi mandato principis ipſi ut aliquē occidat, decapitet, furca ſuſpendat uel torqueat, illegitimè illud fecerit, & literas ſuas executioni demandauerit abſq; alia cognitione cāæ. Cin. l. fina. C. ſi contra ius, uel util. publ. & in l. Reſcripta. q. 34. C. de precib. Impera. offeren. ubi uult, quòd officialis debet exequi & obedire etiam ſi mandet abſque cauſæ cognitione, ut aliquem furca ſuſpēdat. Nam exequēdo non tenebitur etiam in foro pœnitentiæ. Abb. ca. quanto. de iureiur. imò ſecundum eos non obediendo ſuperiori teneretur crimine ſacrilegii. l. 1. C. de offic. præſid. l. 1. C. ut digni. ord. ſerue. Tamen communiter non ſerua-

13 tur de iure. Nam † ſi Princeps mandet, ſeu ſcribat ſuo officiali, ut aliquem decapitet, uel furca ſuſpendat, non debet tunc officialis cautus ſtatim exequi, ſed debet ſuperſedere, & Principi reſcribere. Ratio eſt, quia Princeps potuit moueri ex iracundia, per tex. aureum in l. uindicari. C. de pœn. c. apud Theſſalonicam. 11. q. 3. Gramat. uoto 32. num. 14. & 15. & 35. uſque ad 40. Paris de ſind. uerbo excedunt, conſiliarii. ubi exclamat contra officiales talia exequentes, Bald. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur. Soc. cō ſi. 102. & 164. Aret. conſi. 165. imò plus, ſi officialis executus fuiſſet iniuſtum mandatum Principis, teneretur, quia iniuſtum mandatum ſuperioris non excuſat exequentē, ut latè Carrer. fol. 323. & 324. & Maranta in Specul. aduoc. in q. an, & quādo mandatum iniuſtum excuſet, & an teneatur exequi mandatū iniuſtum. Card. Clemen. 1. q. 3. de ſepul. Bald. l. addictos C. de epiſc. & cler.

Quod uerum eſt, niſi ipſi officiali periculum immineret, ſi non exequatur, quia ipſum occideret ſuperior ut ſolent aliquando tiranni facere, nam tunc ratione imminentis periculi exequendo excuſatur, ſecundum Bald. c. 1. §. iniur. col. fina. de pace iur. firm. Bald. & Salic. l. 1. unde ui, Petrus, Floria. l. ſcientiam, §. qui cum aliter. ad leg. Aquil. Carrer. latè fol. 324. nu. 12.

14 Quintò Excuſatur † mādatarius, ſi ex forma ſtatuti, aut iure communi mandans excuſaretur. Nā ſi mandāti licet, etiā mandatarius excuſabitur. gloſ. l. cum fundum. de ui. arm. Bald. l. ſi quis id quod. §. ſi. de iuriſdict. omn. iud. Paul. l. refectioni. de

ni de uſufruct.& in l. Raptores, C. de epiſcop.& cler. Ange.de maleſ. uerb: & dominus Titius ſe defendendo. Cepol.conſi.4.& in tractat. ſerui.de ſeruit. urba.prædi.cap.24. Alex.poſt Bart.in d.l.non ſolum.§. ſi mandato , de iniur. Carrer. fol. 325.

Sextò ſi occidat pro executione ſui officii excuſatur,& ideò ſi familia delinquentem ſequatur, & delinquẽs in captura reſiſtat, impunè poteſt eum occidere,uel ſi ducat condemnatum ad ſupplicium,& timet auferri,poteſt eum occidere.Bal.l.addictos.C.de epiſ.aud. Bar.in l.ſi ſeruus C.de his,qui ad eccleſ.confug. Paul.conſ.192.Butr.Salic.& Ang. in l.2.C.de his, qui latro.occult.

Quod tamen uerũ intellige, ſi habuerit hoc in mandatis,ut ibi traditur, & non aliter,& quando iuſtè,& nõ iniuſtè, & non aliter.Carrer.in practi.fol.325.

Regula VII de mãdati materia.

SVMMARIVM.

1 *Mandans propriè quis dicatur.*

2 *Mandatum inducitur, ſiue fiat uerbis imperatiuis,ſiue rogatiuis, ſiue enunciatiuis. Niſi fuiſſet inimicitia inter occiſorem & occiſum,quia tunc eſſet conſilium potius.nu.3.Intellige ſi occiſus erat inimicus utriuſque. nu. 4. Idem ſi occidens non erat aliàs facturus.nu.5.*

6 *Verba requiritur in proferantur ad ipſius mandantis ſatisfactionem.*

7 *Præſumimus in dubio mitius.*

8 *Verba prolata ad alterius interrogationem mandatum inducunt non conſilium.*

9 *Mandatum inducitur, ſi quis dicat filio uel ſeruo poſt acceptam offenſam ab aliquo,non reuertaris domum, niſi prius ſentiam nouũ de illo negotio. Intellige tribus concurrentibus.nu.10.*

11 *Verba iſta, eas, & rogo ut facias meam uindictam, inducunt mandatum. Etiam ſi proferens dicta uerba, expreſsè inhibuiſſet , ne homicidium committeret. nume. 12.*

13 *Verba illa,malum eſt, hanc iniuriã non ulciſci, mandatum inducunt famulo uel filio. Intelligitur, dum modo iniuria ſit facta domino uel famulo.nu.14.*

15 *Mandatum intelligitur de uindicta leui , ſi iniuria illata eſſet leuis.*

16 *Famulus,qui repudiauit mandatũ, ſed poſtea iuit & commiſit homicidium, tunc dominus non tenetur.*

17 *Mandans non tenetur de occiſo, ſi mandatarius mandati fines exceſſit.*

18 *Mandans,ſi uerba præfata dixerit aduocato,uel procuratori,nec tenetur de occiſo , ſi alius interfecit: quia intelligitur per iuſtitiam.*

Man-

19 Mandans non tenetur de mandato, niſi iis concurrentibus, de quibus hic.

20 Mandans illicitè iniuria affectus, præſumitur mandaſſe, ut etiam illicita fiat uindicta.

21 Mandans per uerba ſuprapoſita non poteſt condemnari ad mortē, ſed ſolum torqueri.

22 Nemo ex præſumptionibus etiam uiolentis eſt cōdemnandus ad pœnam corporalem.

23 Temporis breuitas, allocutio ſecreta ad autem, & homicidium iuncta inimicitia faciunt mandatum præſumi.

24 Mandatum omnibus uerbis induci poteſt. Intellige ut infra.

25 Verba debent eſſe apta ad importandum mandatum.

26 Iudex debet interrogare de uerbis prolatis à mandante.

27 Verba commendatoria, admonitoria uel perſuaſoria non inducunt mandatum.

18 Mandatum non inducitur per uerba conditionalia.

19 Mandatum in dubio non præſumitur.

30 Amicus, ſeruus, affinis, uel conſanguineus non præſumētur deliquiſſe de mandato domini, patris, aut alterius.

31 Mandatum præſumitur in actu ſucceſſiuo & habente cauſam permanentem.

32 Mandatum præſumitur, ſi pater, dominus, uicinus uel conſanguineus conſulti probantur, & tacuerunt.

33 Mandatum inducitur in ſeruo, filio &c. per uerba iſti etiam enunciatiua, bonum eſſet uindictam facere.

34 Mandatum præſumitur in domino, qui neglexit reparare delictum famuli.

35 Mandatum præſumitur in familiaribus & domeſticis uilibus.

36 Allocutio ad aures ſecuto delicto inducit mandatum.

37 Mandatum præſumitur in officiali deputato ad aliquid expediendum à ſuperiore.

38 Domino imputatur familiæ exceſſus, & de ipſius exceſſu tenetur.

39 Viſitator uel uicarius epiſcopi ſi delinquant, epiſcopus tenetur.

40 Domino ſtatim purgante delictū familiæ non tenetur, uel ſi officialis delinquat extra officium. nu. 41. uel ſi officialis eſſet perſona ualde digna. num. 42. Vel niſi officialis datus eſſet ſuperiori ab alio ſuperiore. nu. 43.

44 Superior liberatur per exhibitionem officialis habentis officium publicum, ſecus ſi habeat priuatum.

45 Optio eſt damnum paſſi an uelit agere contra dominum exhibentē, an officialem exhibitum.

46 Dominus non tenetur pro officiali, contra quem agitur criminaliter ad pœnam corporaliter, etiam ſi officialis aufugeret.

Domi-

47 *Dominus non obligatur ex delicto famuli delinquentis in re ad cuius cuſtodiam dominus non teneretur.*

48 *Dominus non tenetur ex delicto famuli ante famulatum commiſſo.*

49 Mandatum ut præſumatur quædã requiruntur præcedere.

50 Mandans regulariter ſemper tenetur de mandato indiſtinctè, an mandatarius eſſe aliàs delictum commiſſurus.

51 Mandatum, per quod datur opera rei illicitæ, ſemper obligat mandãtem, etiam ſi mandans non haberet animum occidendi.

52 Mandatum delicti non ordinati ad mortem non obligat mandantem ad mortem.

53 Mandans aliquid fieri non dicitur uerè facere.

54 *Statutum imponens pœnam uulneranti non uerificatur in mandante uulnerari.*

55 *Statutum imponens pœnam uulneranti non uerificatur in mandante occidi.*

56 *Statutum prohibens poſſe fieri pacem homicidæ non habet locum in mandante occidi.*

57 *Accuſatus de homicidio, & probetur, eum mandaſſe occidi, abſolui debet.*

58 *Mandans regulariter tenetur de exceſſu mandatarii, quando mandatum eſt illicitum*

59 *Mandans tenetur de eo, quod potuit cogitare poſſe euenire.*

60 *Mandans uulnerari & prohibens occidi ſecuta morte tenetur de occiſo.*

61 *Mandans tenetur ex mandato etiã tacito.*

62 *Mandans de exceſſu tenetur, quando in poteſtate mandatarii non erat fines mandati non excedere.*

63 *Mandans non tenetur de exceſſu, quando mandatarius potuit fines mandati ſeruare & non ſeruauit.*

64 *Mandans uulnerari armis non aptis ad occidendum, non tenetur de occiſo, neque de exceſſu mandatarii.*

65 *Mandans illicitum non deſtinatum ad mortem, non tenebitur ſecuta morte de occiſo.*

66 *Inquiſitio contra mandantem quid continere debeat.*

67 *Verba, ad ſatisfactionem ſuæ uoluntatis, neceſſaria in inquiſitione cõtra mãdatorem. locus & tempus ſecuti delicti, nu:68.*

69 *Inquiſitus uel accuſatus de mandato condemnari non poteſt, ſi de inueſtigatione uel perſuaſione probatum ſit.*

70 *Verba, ſuper quibus omnibus & ſingulis, cum annexis, etiam prorſus extraneis, non efficiunt, ut inquiſitus de uno poſſit condemnari ſi de alio ſit probatum.*

71 *Inquiſitus de mandato uel inſtigatione ad homicidium, probando aſſertum mandatarium eius inimicum, ſe purgat.*

Ini-

72 *Inimicitia durare præſumitur non probata reconciliatione.*

73 *Mandans regulariter de mandato non tenetur effectu non ſecuto. niſi in delictis atrocibus. num. 74.*

75 *Mandans in crimine ueneni non te netur effectu non ſecuto.*

76 *Mandans effectu nõ ſecuto tenetur de mandato in delictis, in quibus habetur pro delicto conſumato mandatum. Idem in aſſaſſinio. nu. 77. ſi ad actum proximum uentũ ſit. nu. 78.*

79 *Princeps effectu non ſecuto bene fa cit, ſi pœnam corporalem mutet in pecuniariam.*

80 *Mandans in crimine aſſaſſinii tra dita pecunia, etiam effectu non ſe cuto & mandato reuocato tene tur pœna mortis.*

81 *Mandatum in criminalibus perpe tuò durat, niſi fuerit reuocatum. nu. 82. uel limitatum ad tempus. num. 87.*

83 *Reuocatio mandati debet ad aures mandatarij peruenire, ad hoc ut mandans excuſetur. Item et offen dendus. ut ſibi caueat, monendus eſt. nu. 84.*

85 *Reuocatio mandati non operatur in crimine aſſaſſinii propter crimi nis atrocitatem.*

86 *Mandans ex ſolo mandato in crimi ne aſſaſſinii dicitur conſumaſſe de lictum.*

88 *Mandans & mandatarius ſi effecti ſunt inimici, mandatum cenſetur reuocatum.*

89 *Mandatarius ſi noluit acceptare mandatnm à principio, ſed poſtea ductus pœnitentia iuit, & mãda tum executus fuit: tunc enim mã dans non tenetur.*

90 *Mandans excuſatur mandatario excedente fines mandati. Simili ter ſi mãdatarius erat omnimodo delictum commiſſurus nu. 91.*

92 *Mandatum nunquàm præſumitur tribus concurrentibus. Inimicitia offenſio mandatarii, ſuperioris iuſſus ad inferiorem.*

93 *Mandans excuſatur, ſi mãdatarius dicat, ſe non feciſſe ut mandatum adimplere, ſed quia erat occiſi ini micus.*

94 *Mandans excuſatur, ſi mandata rius non acceptauit mandatum.*

95 *Mandans excuſatur à pœna ordina ria, ſi mandatarius attẽtauit, ſed non conſumauit delictum.*

96 *Mandans non punitur, ſi ſolum mã datum præceſſit, ſed attentatum delictum non fuit.*

97 *Mandans excuſatur ex defectu or dinis non probati.*

98 *Mandans excuſatur, ſi delictum re ſpectu perſonæ ſit impoſſibile per rerum naturam.*

99 *Mandans excuſatur in delictis, in quibus plures concurrere nõ poſ ſunt à pœna ordinaria, ſed te netur ut conſulens, uel inſtiga tor.*

100 *Mandans excuſatur, ſi contra eum teſtium dicta non concor dant cum rebus ſenſatis & ueri ſimilibus ut quòd filius præcipiat patri,*

patri, uel uaſallus domino, &c.

101 *Mandans excuſatur, ſi mādatarius non teneatur.*

102 *Mandans excuſatur, ſi non conſtat de mandatario.*

103 *Mandans non tenetur de mandato in delicto, in quo quis per ſeipſum potuit delinquere.*

104 *Mandans officialis ratione officii non tenetur de mandato, in caſu tamen licito, & non doloſo.*

105 *Mandans ratione delicti ceſſantis excuſatur à pœna ordinaria legis.*

106 *Mandans excuſatur ratione mandati inualidi.*

107 *Mandans excuſatur ratione non probatæ qualitatis.*

108 *Mandans punitur eadem pœna, qua mandatarius delinquens.*

109 *Mandans perinde punitur, ac ſi propriis manibus delictum cōmiſiſſet.*

110 *Mandantes plures ſucceſſiui, unus poſt alium tenentur cum mandatario pari pœna.*

111 *Mandans non excuſatur à pœna ordinaria delicti propter eius abſentiam tempore cōmisſionis delicti.*

112 *Mandans occidi aliquem in tali loco tenetur, etiā ſi occiſus fuerit extra locum. effectu non ſecuto pœna extraordinaria uel ſtellionatus. nn. 113.*

114 *Statuta loquentia in perſonam non obligant mandantem, effectu etiam ſecuto ad pœnam facientis, cum propriè non dicatur facere.*

115 *Mandatarius, & mandans pari pœna plectuntur, quando lex loquitur realiter, ſecus ſi perſonaliter.*

116 *Mandans non tenetur pœna ordinaria, ſi mandatarius delictum erat aliàs omnino facturus.*

117 *Cautela ad euadendum mandantis mortem.*

118 *Mandans in dubio non præſumitur fuiſſe aliàs delictum facturus.*

119 *Mandans pluribus, ut occidant, omnibus occidentibus, ſi unicum eſt homicidium tenetur unica pœna. Secus ſi plura delicta uel homicidia commiſerit, aut mādauerit.*

120 *Mandans percuti clericum incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. Etiam ſi mandatum reuocauerit. Intellige, ut ſupra. q. 9. limi. 1.*

121 *Mandans clericus, ut quis percutiatur, uel occidatur, efficitur irregularis, etiam ſi mandatum reuocaſſet.*

PRIMÒ quæro, quis mandans propriè dicatur.

II. Quibus uerbis Mandatum inducatur.

III. An Mandatum in dubio præſumatur factum, & quid præcedere debeat ad faciendum mandatum præſumi.

IIII. An quis ex mandato ſemper teneatur, & quid p̄cedere debeat.

V. An

V. An mandans dicatur uerè facere, & comprehendatur in ſtatutis loquentibus de facien.

VI. An mandans teneatur, ſi quem occiderit ultra mandatum, & præter eius intentionem, & propoſitum, & de exceſſu mandatarii.

VII. Inquiſitio contra mandantem, quid continere debeat, & de eius forma.

VIII. An mandans ex mandato, non ſecuto effectu, teneatur.

IX. Mandatum quanto tempore duret.

X. Mandans ex quibus cauſis excuſetur de mandato.

XI. Mandans qua pena puniatur.

XII. Mandans & mandatarius an puniātur eadem pœna.

XIII. Mandans an teneatur ex mandato, ſi mandatarius erat aliter facturus illud delictum.

Præmittas primò quòd materia de qua nunc tractamus, eſt materia mandati ſine pecunia. Materia autem mandantis cum pecunia ponetur infra in materia aſſaſſinii.

1 PRimò igitur quæro † q̃s propriè mandans dicatur? Dicas. Mandans dicitur ille, qui delictum committi mandauerit propter ſeipſum ad ſuæ uolūtatis ſatisfactionem, nulla data pecunia. Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniur. Ang. de maleſi. uerbo & Sempronium Rodulph. in pract. Alex. con ſi. 128. uol. 4. Bal. l. hæc uerba. de infam. Angel. conſil. 22. Carrer. fol. 295.

2 Secundò Quæro † quibus uerbis mandatum inducatur. Dicas, multis modis mandatum induci, ſiue fiat uerbis imperatricibus, ſiue rogatiuis, ſiue etiam enunciatiuis, ut infra uidebis. Dummodo per ipſa coniecturari mens mandantis poſſit, & primò de imperatiuis. ſi quis ergo alicui dicat, occidas, uel percutias illum, uel uade ad occidēdum illum, uel ſimilia, Carrer. fol. 395. Corn. conſi. 57. uol. 4. Bart. l. non ſolum, §. ſi mandato. de iniur. mandatum inducitur. ubi ſupra.

Similiter mādatum inducitur, ſi quis dixerit. Ne dicas tanta uerba fuſtra uade occide unum uel duos illorū, quia per huiuſmodi uerba, quę imperatiua uidentur, ſine dubio man datū inducitur. Bald. l. 1. C. de ſeru. fugit. Aret. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit, de acquir. hęred. Ruyn. conſil. 6. in princip. nume. 1. lib. 1.

3 Quod † tamen procedit, & uerum eſt, quando fuiſſet inimicitia inter mandantem & occiſum, ſecus uerò ſi inimicitia fuiſſet inter occidētem & occiſum, nam tunc per talia uerba conſilium potius, quàm mādatum induceretur, Ruin. ubi ſupra. nu. 2.

Item non procedit, quando occiſus

erat inimicus utriuſque, uidelicet occidentis & proferentis illa uerba, nam in dubio conſilium potius præſumitur, & non mandatum, Ruin. ubi ſupra.

5 Quod † tamen ſanè intelligas, ſi conſtet occidentem non fuiſſe aliàs facturum ob aliqua indicia, tunc mandatum præſumitur, & non cōſilium. Ruin. ubi ſupra.

6 Item uerum eſt, † dummodo iſta uerba proferantur ad ſatisfactionē ipſius mandantis, aliàs ſi non fuiſſent ita prolata, non induceretur mandatum, etiam ſi fuiſſent prolata per uerba imperatiui modi. Vnde ſi quis dixerit Titio, ego uolo ire ad dandum illi baſtonatas, non per hoc diceretur mandatum, ſed potius conſilium, cum protulerit illa uerba ad ſatisfactionem alterius, & non ſuam. Corn. conſi. 57. uolum. 4. Bal. l. 1. C. de ſeru. fugit. Et ratio

7 eſt ſecundum eos; quia † in dubio debemus mitius agere, & ideò non mandatum, ſed conſilium inducitur; quia efficacius obligat mandatum, quàm conſilium, ſequitur Ioann. And. c. nullus ex conſi. de reg. iur. in 6.

Quod † uerum eſt, dummodo illa uer

8 ba, ut ſupra, prolata non fuiſſent ad alterius interrogationem, quia tūc ſecus eſſet ſecundum eoſdem.

Similiter † Mandatum inducitur, ſi

9 quis iniuriatus ab alio dixerit uel famulo, uel filio. non reuertaris unquam domum meam, niſi prius de illo negocio nouum ſentiam. Bart. l. ſi quis mihi bona §. ſed ſi mādauerit, de acquir. hæred. ubi refert quendam militem Florentinum decapitatum fuiſſe, quia prædicta uerba famulo dixerat, ex quibus famulus quendam occiderat, ſequuntur omnes communiter. Ange. de maleſi. uerb. & Sempronium mandantem. q. 21. Hippol. conſi. 123. ubi refert infinitos Doctores hoc tenentes, & aſſerit hanc eſſe communem ſententiam. Anto. Corſett. ſingul. uerb. præceptum. fol. 174. Carrer.

10 fol. 295. nu. 37. Aduertas, quòd † dicta doctrina Bar. in d. §. ſed ſi mādauerit. ſic ſimpliciter intellecta nō eſt uera, ſed debet intelligi tribus concurrentibus, & non aliàs. primò ut præceſſerit capitalis inimicitia cum occiſo. ſecundò, ut dominus ſecreto illa uerba dixerit famulo. tertiò, quòd poſt talia uerba incontinenti fuerit homicidium ſecutū, ita hoc dictum Bart. declarat Dec. conſi. 234. nu. 9. uol. 2. Bald. l. 1. C. de ſeru. fugitiu. uerſ. & ille dicitur mandare. Ioann. de Anan. conſ. 95. uiſa inquiſit. col. 2.

Vnde ſi quis iniuriatus ab aliquo dixerit fratri ſuo, aut conſanguineo, uel

11 amico † eas, et rogo ut facias uindictam meam, debet intelligi mandaſſe, & per conſequens tenebitur de mandato, non obſtante quorundam opinione tenentium, ut uerba iſta accipiantur iuridicè, & ſic per uiam Iuris, maximè ſi ille, cui mandatur erat perſona, in qua non poteſt cadere alia uerìſimilis interpretatio

pretatio, quàm homicidii committendi. Iaſ. l. j. C. de ſeru. fugitiu. Carrer. fol. 296.

12 Amplia, ut procedat † etiam ſi dominus proferẽs dicta uerba, expreſsè inhibuiſſet famulo, ne occideret illum. c. fi. de homicid. in 6. Matth. ſingul. 188. Iaſ. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. Carrer. prac. fol. 296. nu. 38.

13 Secundò Amplia, ut procedat † etiã ſi dominus, uel pater talia uerba directè non proferret, & ſic dubiè, & impersonaliter, ut quia dicãt malum eſt hoc factum, uel malum eſt iniuriam remanere impunitam, loquendo tamen cum famulo. nam per talia uerba mandaſſe cenſetur, per tex. in c. literas. de exceſſ. præla. Roman. conſi. 222. Carrer. fol. 296. nume. 41.

14 Tertiò Amplia, ut procedat † quã do iniuria facta fuiſſet domino, uel famulo. Iaſ. in d. §. ſed ſi mandauerit. Carrer. fol. 296. nu. 41.

15 Limita modo dictã regulã, & † primò limita dictam doctrinam Bart. in d. §. ſed ſi mãdauerit, ut nõ procedat, quando iniuria domino, uel patri illata fuiſſet leuis. nam tunc illud mandatum debet intelligi, ut uindictam faciat, ſcilicet leuem, & ſimilem iniuria, puta ſi alapa percuſſus famulus uel ipſe fuiſſet. nam tali caſu, ſi ille mandatarius occideret illum, non tenetur mandans de occiſo. Hippol. conſ. 123. num. 21. per notata l. 1. C. unde ui. Raphael Ro. Alexã. d. §. ſed ſi mandauerit, Gramat. conſi. 63. Anton. d. ſingul. uerb. præceptum. fol. 174. Alexan. conſi. 128. uol. 4. Angel. de maleſi. uerbo & Sempronium Rodulph. uerſicu. 21. quæro, Carrer. fol. 292. nume. 43.

Quod uerum eſt, quando iniuria fuiſſet illata domino, uel patri ab aliquo ſibi æquali, & æquè nobili, uel melioris conditionis. Nam tunc intelligitur de æquali pugna, uel de æquali uindicta. Secus tamen ſi inferens iniuriam, & offenſam fuiſſet melioris, uel minoris conditionis, & offenſus fuiſſet nobilis. Nam tũc habita ratione qualitatis perſonarũ interpretandum erit de uindicta, pro quam iniuria fuiſſet propulſata, latè Carrer. fol. 297.

16 Secundò Limita, ut non procedat, quã do † famulus repudiaſſet mandatũ qui poſtea iuit, & illũ occidit, tunc dominus non tenebitur. Anto. Corſet. ſingula. ubi ſupra. & faciunt d. per Bal. l. literas. C. mandat. Carrer. in pract. fol. 298. nu. 46.

17 Tertiò Limita nõ procederet † quã do famulus fines mandati exceſſiſſet, puta quia dominus ei dixit, fac uindictam cum baſtono, alapa, pugno. &c. Nam tunc ex genere armorum comprehenditur domini, uel patris animus, ſi ille ſeruus talẽ occiderit, de occiſo non tenebitur, not. in l. 1. §. ſi diuus, de ſicar. Bal. l. mandat. in fin. C. mandat. Ita limitatur tex. in d. c. fin. de homicid. in 6. Carrer. fol. 297. num. 45. Bald. in l. non ideò minus. C. de accuſ. Ang. de ma

leſi.uerb. & Sempronium Rodulphi.q.18.

Quartò Limita non procedere, quan-
18 do † talia uerba prolata fuiſſent à domino, uel à patre in perſonam alicuius, qui ueriſimiliter uindictam corporalem facere non poſſet, nec debeat. puta ſi dicta fuiſſent Aduocato, uel procuratori. nam tunc intelligeretur per iuſtitiam, & domini iuramento in hoc ſtaretur. iuxta notata in §. aliæ, inſt. de action. & not.l.1.C.de his quib.ut indig. Bal. d.§.ſed quid ſit mãdauerit. Carrer. fol.292.

Quintò Limita ſupradictam regulam
19 † ut procedat his concurrentibus, & non aliàs.

Primò enim præcedere debet inimicitia capitalis inter mandantem & offenſum.

Secundò, quòd dominus ſecretè mandauerit famulo loquẽdo ſibi ad aurem, taliter quòd incontinenti ſecutum fuerit homicidium. aliàs ubi unum ex illis ceſſaret, deciſio Bartoli communis locum habere nõ poterit, etiam quòd famulus domeſticus, uel amicus homicidium perpetrauerit. Iaſ.l.1.col.7. uerſi.quintò mirabiliter. C.de ſer.fugit.ubi Bal. uerſi. & probatur mãdatum. Ioan. de Anan.conſi.59. Viſa inquiſitione formata per Magiſtratum cõra Capitaneum Florentinum. Hippol. d.conſi.132nu.22. Anton.Corſett. ſingul.incipit, prçſumptio. uerſ.celeritas actus. Bal. c.ueritatis, de dol. & contumac. Carrer.fol.298. Dec. conſi.234.in fin.uol. 2.

Sextò Limita, ut procedat, quando
02 † dominus recepiſſet iniuriam illicitè; nam tunc talia uerba domini de uindicta intelliguntur, quòd ſicut illicitè iniuriam recepit, ita mãdaſſet illicitè propulſare, aliàs ſi licitè receperit iniuriam ſecus. Alex. conſ.220.quoniam abundè, uol.2. Carrer.fol.298. num. 49. qualitas enim præcedentis iniuriæ arguit, qualis fuerit animus domini mandantis in ſequenti. arg.c. ſcriptum. de elect. Bald.l. ſi prædium.col.fin. de ædil. act. uerſ. ſed pone. Carrer. ubi ſupra.

Septimò & ultimò limita, & intelli-
21 ge, quòd † propter prædicta uerba domini, uel patris in filium, uel ſeruum pro lata procedi poſſet ad torturam contra dominum, uel patrem, non etiam quòd his uerbis cõdemnetur ad mortem. nam ex talibus uerbis, ut ſupra, præſumitur mandatum ceteris concurrentibus
22 Vnde clarũ eſt, quòd † ex præſumptionibus quantum cunque uiolentibus non poteſt ueniri ad condemnationem, & pœnam corporalem, ut per Innoc. ca. quia ueriſimile. de præſump. & ibi per Abb. & alios in c.afferte.eod.tit. Abb.ca.auditis col.ult.de præſcript. Bald. & alii in l.fin. C.de probat. Alex.conſil.15. uol.1. Gandi.de indic.indubi. per totum. Hippol.in pract.§.diligẽter. Carrer. fol.298. Vnde etiam inferunt, quòd ſi alicuius hæres, uel alius dixerit, De hoc me uindicabo,

aut

aut facias uindictam de morte defuncti, aut alterius inimici, ſi prædicta uerba fuerint prolata, & occiſus ille fuerit, ille talis poterit eo caſu torqueri.

Similiter mandatum præſumitur, ſi dominus, aut pater offenſus loquatur ad aurem famulo, uel filio, & ſtatim ſit per famulum, uel filium cō-
23 miſſum homicidium, nam † ex tēporis breuitate concurrente inimicitia, præſumitur mandatum. concurrente uerò ſola inimicitia, prçſumitur conſilium in mitiorem partem. nulla concurrente inimicitia, nec mandatum, nec conſilium prçſumitur, etiam ſi iniuriæ præceſſiſſent. Bald. l. prima; uerſ. ille dicitur mandare. C. de ſeru. fugitiu. Bald. l. ſi quis mihi bona. §. fina. de acquir. hæred. Corn. conſi. 57. uol. 4. Corſett. ſingul. uerbo præſumptio. l. ſi ob turpem de cōd. ob turpem cauſam. Aret. c. 3. loco, in fi. de proba. Alex. l. 1. C. de his, quibus ut indi. Carrer. fol. 299.

24 Vltimò ſcias, quòd † mandatum omnibus uerbis inducitur, ſiue imperatiuis, ſiue negatiuis dummodo ad ſatisfactionem mandantis, prolata fuerint, ut ſupra dixi:

Quod ſano modo intelligendum eſt.
25 Primò, ut hoc uerum ſit † dummodo illa uerba ipſa ſint, ut poſſint importare mandatum, aliàs ſecus. Carrer. fol. 307. num. 57. & ideò dixit. Bald. l. ob hæc uerba, de infam. quē ſequitur Augu. de Arim. in addit. ad Ang. de maleſi. uerbo ubi ſupra, quod cum aliquis inducit teſtes ad
26 probandum mādatum, iudex † debet interrogare, quibus uerbis fuit uſus ille, qui accuſatur aut inquiritur de mādato. Nam ex ſerie & qualitate uerborum apparebit, uerum fuerit mandatum necne.

Item intelligitur uerum, dummodo
27 † non ſint uerba admonitoria, & commēdatoria, uel perſuaſoria, puta aliquis habens animum deliberatum occidendi Titium, acceſſit ad amicum, cui dixit ſe uelle talem occidere. Ille autem dixit, placet mihi fac bene, & citius, certè cum talia uerba ſint commendatoria & perſuaſoria, mandatum per ipſa inductum non cenſetur. Carrer. fol. 299. nu. 54. & 299.

28 Item intelligas uerum, quādo † eſſent dicta uerba purè & ſimpliciter prolata, ſecus ſi cōditionaliter. Bar: l. ſi pupillus. §. uideamus, in fin. de negoc. geſt. Carrer. d. fol. 295.

Tertiò Principaliter quæro, an mandatum in dubio præſumatur factum, & quid præcedere debeat ad faciēdum mandatum præſumi.

29 Dicas, mandatum † in dubio non præſumi. Bald. l. prima, uerſ. ille dicitur mandare. C. de ſeruis fugiriu. Corn. conſil. 57. uol. 4. Corſett. ſingul. uerbo præſumptio. Iaſo. l. ſi ob turpem. de condit. ob turpem cauſam. Innoc. c. ad audientiam. de homicid. Carrer. fo. 299. num. 53. tex. eſt in capit. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. Bald. l. ſi familia. de publica. Bald. conſi. 98. uol. 1. & conſil.

383.

383. uol. 5. tex. not. in c. quia præſu latus. 1. q. 4. & in c. Petrus à contrario ſenſu. de homicid. ubi Felin. 1. col. in fin.

30 Amplia etiam, quòd † delinquens fuerit filius, ſeruus, uel amicus, uel conſanguineus. Nam talis delinquẽdo mandato domini, uel patris deliquiſſe non præſumitur. d. ca. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. Bal. d. conſ. 98. & 383, Carrer. ubi ſupra. Abb. cap. cum canon. cap. conſtitutus, el 1. de teſti. Iaſ. l. ciuitas. col. 2. ſi cert. pet. ſed alia indicia requiruntur, & urgentia ad hoc, ut mandato ipſorum deliquiſſe prę́ſumatur, Docto. ubi ſupra.

Primò Limita non procedere, quando 31 † delictũ non eſſet momẽtaneum, ut homicidium, ſed ſucceſſiuum & haberet cauſam permanentem. Nam mandato domini, uel patris illud facere præſumitur, Abb. capit. conſtituit. el 1. & cap. cauſam. de teſti. Iaſ. d. l. ciuitas. ubi ſupra. Felin. c. Petrus. colu. 2. de homicid. tex. ſingul. in ca. conſtituit. el 1. de teſtib. Bald. l. 1. prope. fin. C. ſi qua. prædit. poteſta.

32 Secundò Limita, quando † pater, dominus, uel conſanguineus. &c. fuiſſent conſulti à filio, uel uicino, & tacuerunt, & temerè inſtruxerũt. nam tunc eius auctoritate deliquiſſe præſumitur, cum illos prohibere potuerint, & non fecerint. Fel. d. ca. Petrus. nu. 3. Carrer. fol. 300. num. 55. tex. in d. ca. Petrus, & cap. ſicut tuis, de ſimon.

Tertiò Limita nõ procedere, quando 33 † aliquibus ſignis, uel uerbis apparet illos eorum uoluntate deliquiſſe, quod omnibus uerbis poterit apparere, de enunciatiuis dicendo Bonum eſſet, uindictam facere. Bald. l. 1. C. de ſeru. fugitiu. uerſ. & probatur mandatum. Ioan. de Ana. conſi. 53. Iaſ. l. ſi quis mihi bona. §. penult. de acquir. hæred. Carrer. fo. 295. quod uerum eſt etiam in actu momentaneo, ſecundum Felin. d. c. Petrus. num. 5. & ita intelligitur ſecũdum eum notabile dictum. Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acquir. hæred. Petrus de Anchar. cap. ex literis. de exceſſ. prælat. Bart. l. ſi neutri §. fina. de priuileg. credito.

Quartò Limita non procedere, quan- 34 do † dominus potuiſſet reparare delictum famuli, & neglexerit. Nã tunc culpa non caret. Bald. cap. ueritatis. de reg. iur. Felin. d. c. Petrus. nume. 21.

Quintò Limita non procedere, quan- 35 do † familiares & domeſtici eſſent perſonæ uilis conditionis & famę, nam tunc eorum delicta domino imputantur, cum propter eorum uilitatem non præſumantur ex ſe deliquiſſe, nec ignorantiam in hoc poterunt allegare. Cardi. poſt Paul. Clem. ne in agro §. porrò. 4. not. de ſtatu mona. Fel. dicto capit. Petrus. nume. 7.

36 Sextò Limita, quando † dominus uel pater locuti fuiſſent ad aures famulo, uel filio, & ſtatim poſt per famu

ſamulum, conſanguineum, uel filium delictum factum fuerit. nam tunc ex breuitate temporis concurrente etiam inimicitia præſumitur mandatum, aliàs ſecus. pendente uerò ſola inimicitia præſumitur cõſilium. Nulla uerò concurrente inimicitia, nec mandatum, nec conſilium præſumitur, etiam ſi minæ præceſſerint. Bal. d. l. j. uerſi. Nec dicitur mandare. C. de ſeru. fugitiu. conſi. 51. Corſett. ſingul. uerbo præſumptio. Iaſ. l. ſi ob turpem cauſam de condic. ob turpem cauſam. Innoc. c. ad audientiam. de homicid. Carrer. fol. 209. nu. 53.

37 VII. Limita † ſi eſſet ſuperior habens officiales, uel famulos deputatos ad aliquid expediendum; quia

38 † eorum exceſſus imputatur domino. l. 1. in princ. & §. famulo. de publi. l. ait prætor, de ui & ui arma. ſequitur Archidiac. & omnes in cap. ſi epiſ. de offic. ord. in 6. qui dicit,

39 quòd † ſi officialis epiſcopi uiſitans, uel uicarius delinquat, tenetur epiſcopus. Bald. l. 1. de curios. lib. 12. & in l. nequid. in princip. de incend. rui. & naufrag. Felin. c. Petrus nume. 8.

40 Quod uerum eſt, niſi † dominus poſt ſententiam ſtatim purgaret delictũ officialis. Rota conclus. 266. Item ſi Vicarius. in nou. Feli. ubi ſu-

41 pra. Item † uerum eſt, niſi officialis delinqueret extra officium; quia dominus non tenetur, niſi in quantum alii domini tenerentur de delicto famuli non officialis. Bart. l. ne quicquid. in princ. de incend. Rui. & naufrag. Abb. & Anton. ca. 1. de reſt. ſpol. Ioan. de Imol. c. generali. in gloſ. uerbo miniſtros. de elect. in 6. Card. Clem. prima §. fi. de hæret. in 6. Felin. in d. capit. Petrus, nume. 10.

42 Item uerum eſt, niſi † deputatus ad certum officium à ſuperiore eſſet perſona ualde integra. Ita colligitur ex gloſ. in c. 1. uerſ. Archid. de offi. Archi. Oldrad. conſ. 92. & Fel. ubi ſupra.

43 Item uerum eſt, niſi † officiales dati eſſent ipſi ſuperiori ab alio ſuperiore, & ipſe eos non elegiſſet. nam tunc eorum delicta non imputantur ſibi. Bal. c. 1. de offi. deleg. & l. mancipia. C. de ſeru. fugi. Fely. ubi ſupra.

44 Item uerum eſt, niſi † poteſtas, uel alius exhiberet ipſum officialem, nam tunc ſtatim liberatus eſt. Bar. d. §. familia. Roma. conſi. 11. inc. propoſita. Fel. ubi ſupra, quod ſanè intelligendum eſt, in habente officium publicum, ſecus eſt in habẽte officium priuatum. Puta tabernarius, nauta & ſimilis, quia ſi eorum officiales delinquant, non libe-

45 ratur dominus eos exhibendo, † ſed optio datur damnum paſſo, cõtra quem uelit experiri. l. unica. ff. nau. cau. ſtabu. Abb. d. c. 1. de reſt. ſpol. Bart. d. §. familiæ. Felyn. ubi ſupra.

46 Item uerum eſt, niſi † criminaliter ageretur ad pœnam corporis contra officialem, quia etiam ſi fugeret,

ret, non conuenitur dominus. Roma. conſ. 15. Plura ſunt, latè Fel. d. c. Petrus. nu. 13.

Item uerum eſt, niſi eſſemus in caſu, de quo per Innoc. c. cum ad ſedem de reſtitu. ſpol. ubi Abb. uerſ. Item præſuppoſito. Bald. l. j. ad fin. C. de epiſ. & cle. Fel. ubi ſupra.

47 Item uerum eſt, niſi † famulus delinqueret in re, cuius cuſtodia non ſpectabat ad dominum, Floria. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. ad l. Aquil. Fel. d. c. Petrus.

48 Item uerum eſt, niſi † commiſſum eſſet delictum ante famulatū. Bar. l. Titius. de teſta. mili. Fel. ubi ſupra.

49 Vltimò † pro complemento ſcias, quòd ad hoc ut mandatum præſumatur etiam in prædictis caſibus, requiritur de neceſſitate, ut præcedat inimicitia capitalis. Item, quòd mandans locutus fuerit delinquenti ſecretò ad aurem. Item, quòd incontinenti ſecutum fuerit homicidium. Ioan. de Ana. conſ. 9. uol. j. ubi uult, quòd quotieſcunque iſta ceſſarent non præſumeretur mandatum, etiam ſi occidens fuiſſet familiaris, amicus, uel conſanguineus inquiſiti. Bald. conſ. 98. uol. j.

Quartò principaliter quærò. An mandans ſemper teneatur.

50 Dicas regulam eſſe, ꝙ † mandans ſemper tenetur, nulla habita diſtinctione, an mandatarius eſſet aliter facturus, uel non, Ang. de malefic. uerbo & Sempronium Rodulphi. uerſi. 22. quæro. in fin. ubi Ang. de Arimin. in addit. Bal. l. ob hæc uerba, de his, qui not. infam. Ang. l. 1. de eo, per quem factum erat. ſolū ergo prædicta diſtinctio uera erit in conſulente & perſuadente, ſecundum Doctores ſupradictos.

51 Amplia, ut procedat † etiam ſi mādans animum & intentionem occidendi non haberet, dummodo per tale mandatum detur opera rei illicitæ, & inde homicidium ſecutū ſit; quia mandatum illud tēdebat illud in delictum, quia tenebitur de homicidio licèt illud contra eius uoluntatem ſecutum ſit: text. not. in c. fin. de homicid. in 6. Dec. conſ. 174. uol. 2.

Limita regulam, ut procedat, quan-
52 do † delictū illud non erat ordinatum ad mortem. Puta mandatum Titio, ut Seiam mulierem raperet, & ad uillam ducat, illam rapuit, & in uilla eam ductam occidit. Certè cum talis raptus ad mortem non fuerit ordinatus, ſed tantum ad libidinem, nō tenetur de homicidio, ſi ille contra eius uoluntatē occideret, quominus dederit operam rei illicitæ. Dec. d. conſi. 134. uolum. 2. Ampliatio ergo ſolum locum habebit, quando mando aliquid fieri, ex quo regulariter poteſt mors ſequi, ſicut ſi mando alicui aliquod membrum mutilari. Dec. ubi ſupra.

Quintò principaliter quæro, an mandans dicatur uerè facere, adeo ꝙ comprehendatur in ſtatuto loquē-

te de faciente:

53 Dicas,quòd† mandans aliquid fieri non dicitur uerè facere,nam qui per alium facit, non dicitur propriè id facere. Ang. de maleſic. uerbo & Sempronium Rodulphi, uerſ. 14. quæritur. Bald. conſi. 52. uolu. 1. Carrer. fol. 302. num. 59. Gram. deciſ. 28. num. 27. uſque ad fin. Alex. conſ. 65. uolum. 4. Petrus de Ancha. c. canonum ſtatuta. q. 14. de conſti.

54 Ex hoc enim infertur, quòd† ſi ſtatutum certam pęnam uulneranti imponat, non uerificatur in mandante uulnerari. Grama. ubi ſupra. Alex. ubi ſupra. Ang. de malefi. ubi ſupra. Bald. ubi ſupra. Carrer. in practica criminali fol. 301. nume. 59.

55 Secundò Infertur, †quòd ſi ſtatutum certam pęnam uulneranti imponeret, non uerificaretur in mandante occidi, maximè quando idē ſtatutum contineret iuris communis aggrauationem. Puta, ſi deponeret, quòd admitti non debeat quis ad homicidii defenſionem, etiam ſi eſſet pater inquiſiti, uel denunciati, niſi ipſe principalis comparuerit. Alex. cōſ. 65. uol. 4. Capi deci. 155. col. 3.

56 Tertiò Infertur, quòd† ſi ſtatutū prohiberet, poſſe fieri pacem homicidæ, non habebit locum in mādante, & maximè dum dicit, quòd, de homicidio non poſſit fieri pax. Bal. l. ex hoc iure. de iuſt. & iu. Alex. conſ. 65. col. fi. uol. 4.

57 Quartò Infertur, quòd† ſi aliquis accuſauerit aliquem, dicendo aliū occidiſſe, ſi poſtea probatum fuiſſet, quòd illud Sempronius principaliter non feciſſet, ſed per alium fieri mandauit, accuſans ſuccumbet, & proceſſus nullus erit, adeo quòd omnino ſequi debet abſolutio Titii. Ioan. Monac. c. qui per alium. de reg. iur. in 6. Bald. c. 1. §. iniuria. uerſi. pone, accuſo te. de pace iur. fir. Fely. c. mulieris. de ſenten. excom. Hippol. in practi. §. & quia.

Sextò principaliter quæro, an mandans de exceſſu mandatarii teneatur, ſi quid fecerit præter eius intē tionem, & propoſitum.

58 Dicas, regulariter † mandantem tenetur de exceſſu mandatarii, quā do aliquid mandauerit illicitum, ex quo poterat mors ſequi, uel ad mortem eſſe ordinatum. Puta, mā daui Titio, ut aliquem uulneraret qui mandatum adimpleuit, unde mortuus uulneratus, unde tali caſu mandans de occiſo tenebitur, ſcilicet pęna mortis, non autem inculpati homicidii, quamuis à principio hoc in intentione mandans non haberet, ſed ex facto eueniret

59 †cùm hoc euenire poſſe cogitare debet, Cepol. conſi. 24. numm. 38. Alber. de Roſa. l. non ideo minus. C. de accuſat. Angel. d. l. non ideo minus. C. de accuſ. Ang. in d. l. non ideo minus. ubi Bald. uerſic. item quæritur an mandans. Hipp. l. frater tuus. num. 24. C. de ſica. Salic.

l.cum mandati.C.mandati.Anan. ca. ſicut dignum. de hom.in 6.

60 Amplia, ut procedat † etiam ſi mã dans inhibuiſſet mandatario, ut nõ occideret, ſed uulneraret tantum; nam hoc non obſtante pęna mortis tenebitur, cum ſimiliter hoc eueni re poſſe cogitare deberet. Cepol. ubi ſupra, Alber. ubi ſupra, Angel. Bald. in d. l. non ideo minus. Carrer. fol. 307. nu. 72. & 73.

61 Secundò Amplia, † ut procedat non ſolum in mandato expreſſo, ſed etiam tacito, Aug. de Arimi. in addit. ad Angel. de maleſi. uerſi. & Sempronium Rodulphi. uerſic. 18. Abb. c. ex literis, de exceſſ. prælat. ubi per illum textũ dicit, quòd ille eſt caſus, quòd ille Epiſcopus, de quo ibi, qui tacitè uidebatur mãdare, quòd ille miniſter ſuus aliquem uulneraret, quòd ſi mors ſecuta eſt, poſtea tenebitur de occiſo. Carrer. fol. 302. nu. 72.

62 Amplia, † ut tãto magis procedat, quando in poteſtate mandatarii nõ erat fines mandat' nõ excedere, puta ſi Titio mandauit, ut pugione uulnera ſocio inferret, uel ipſum membro debilitaret, nam tunc ſi ille moriatur, mandãs de occiſo tenebitur: quia mandatarius ſtateram in manibus habere non poterat, nec in ſua poteſtate eſt uulnerare lęthaliter, uel non læthaliter. cum ex quolibet uulnere poſſibile ſit quẽ mori. Angel. de maleſic. uerbo & Sempronium mandatorem, uerſic. 18. Cepol. ubi ſupra. Bald. d. l. non ideo minus. uerſic. Item quæro, an mandatarius. Textus eſt not. in ca. fin. de homici. in 6. Ioann. de Ana. cap. ſicut dignum de homicid. Bal. d. l. cũ mandati. Hipp. conſi. 67. n. 31. Gramat. conſil. 20. Carrer. ubi ſupra.

Primò Limita non procedere, quando 63 † mandatarius poterat fines mandati ſeruare, & non ſeruauit. nam tunc excedendo, dominus, ſeu mandans de exceſſu non tenebitur pœna ordinaria, ſed tãtum de eo quod fieri mandauit. puta, mandauit Titio, ut Seium percuteret extra plateam, uel extra Palatium, uel in cruribus, Ille uerò percuſſit in capite, uel in platea, uel in Palatio. Angel. de maleſic. uerſic. ubi ſupra, uel mã dauit, ut pugno, uel alapa percuteret, ille uerò baſtono, uel enſe percuſſit. Cepol. conſi. 34. num. 58. & 59. Hippol. conſi. 67. num. 32. Bal. Alex. l. ſi quis mihi bona, §. ſi mandauerit. de acquir. hæred. Gramat. conſil. 20. Carrer. fol. 307. & 308. nume. 72. Bald. l. cum mandati. C. mandati. Pariſ. conſi. 161. num. 19. uol. 4.

64 Secundò Limita, ut ꝓcedat † quã do mandauit aliquem uulnerari armis aptis ad occidendum, nam tũc ſi mandatarius exceſſerit, mandans de exceſſu tenebitur, Cum uulnera ad menſuram dari non poſſint. puta cum enſe, pugione & partiſana. Secus ſi mandaſſet aliquem uulnerari cum cultello ita paruulo, quo ueriſimiliter aliquem occidere non

poſſit

poſſit, cum aptus non eſſet ad uulnus mortale inferendum. Vnde ſi uulneratus illo paruo uulnuſculo moriatur, mandans de morte non tenebitur, nec militabit tunc diſpoſitio cap. fina. de homicid. in 6. Augu. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. ubi ſupra. Cepol. conſi. 34. num. 59. Carrer. fol. 308. Bald. l. cum mandati. C. mandati. Bald. l. non ideò minus. uerſic. item quæro C. de accuſat. ut ſi mandauerit baſtono ut aliquem percuteret, Ille uerò enſe percuteret, nam tunc mãdans de exceſſu non tenebitur, maximè cum præter ſuam uoluntatem occiderit, & ille potuit mandatum ſeruare, & non ſeruauit. Carrer. fol. 308. Pariſ. conſi. 162. num. 19. uol. 4. Corn. conſi. 47. uolum. 4.

65 Tertiò Limita, ut non procedat † quando mandans aliquid fieri mandauit etiam illicitum, quod tamen ad mortem non erat ordinatum. Nam tunc quàmuis mandatum ſit illicitum. tamen quia illud ad mortem ordinatum non erat, ſi mors inde ſecuta ſit, mandãs de occiſo non tenebitur. puta, mandauit Titio, ut Seiam mulierem rapiat, & eam ad uillam ducat. Ille ita fecit & poſtea ibi eam occidit. certè cũ talis raptus ad mortem ordinatus non ſit, ſed ad libidinem, non tenebitur de homicidio, ſi ille præter intentionem mandantis occiderit, quamuis à principio rei illicitę operam dederit. Ita notabiliter uoluit Dec. conſi. 234. Alexan. conſi. 140. uolum. 2. Aret. conſi. 5. Carrer. ubi ſupra.

66 Septimò † principaliter quæro inquiſitio contra mãdantem quid continere debeat, & de eius forma. Dicas, quòd inquiſitio contra mandã-

67 tem debet continere † qualiter ipſe ad ſatisfactionem ſuæ uoluntatis pro uindicanda ſua iniuria alicui mandauit, ut Titium occideret. Corne. conſil. 50. in principio. uolum. 4.

68 Præterea † debet confinare locum & tempus ſecuti delicti, non autem locum & tempus mandati facti. Bart. l. prætor. §. hoc autem edicto, ff. ui bon. rapt. Angel. de maleſic. uerbo, & Sempronium Rodulphi. uerſic. 7. quæritur, Inquiſi-

69 tus † uel accuſatus de mandato condemnari non poteſt, ſi de inſtigatione uel perſuaſione probatum fuerit. Alex. conſil. 128. uolum. 4. Bal. l. hæc uerba, de his, qui not. infam. Carrer. fol. 337.

70 Quod uerum eſt † etiam ſi in inquiſitione appoſita eſſent illa uerba (ſuper quibus omnibus & ſingulis, cum annexis & connexis, etiam prorſus extraneis) nam illis non obſtantibus abſolui debet, in quibus de mãdato, ſi de conſilio & perſuaſione poſtea probatum fuerit. Carrer. fol. 337. & 338.

71 Inquiſitus † de mandato, ſeu inſtigatione facta alicui, ut Titium interficiat, ſiue gratis, ſiue pro pecunia, purgare poterit præſumptiones aliquas contra illum exiſtentes, ſi

x 2 proba-

probauerit,quòd ille aſſertus mandatarius erat uel ſuus inimicus,nec
71 probata fuerit reconciliatio † ob quod durare præſumitur. Carrer. conſi.58.nume.22.uol.2.

Octauò principaliter quæro,an mandans de mandato non ſecuto effectu teneatur.

73 Dicas, mandantem † de mandato non teneri non ſecuto effectu, ſed ad actum proximum deuentum ſit. Bar.l.non ſolum.§. ſi mandato.de iniur. Ang. de maleſi. uerbo & Sempronium Rodulphi, uerſi.quæro 2.Hippol. conſi.105.

Quod uerum intellige in delictis leuibus ſecundum eosdem, Salic. l. non ideo minus. uerſi.quæro 3. C. de accuſat.

74 Limita † non procedere in delictis atrocibus, nam tunc ex ſolo mandato mandans tenetur, etiam maleficio non ſecuto. Bart.ubi ſupra. Ang.de malefic. ubi ſupra Hippol. ubi ſupra.

Contrarium tenuit Grama. decis.28.
75 ubi uult in crimine ueneni mandantem non teneri non ſecuto effectu.

Quod uerum intelligas, ut teneatur pœna extraordinaria arbitrio iudicis, non autem ut teneatur ex ipſo delicto, quod mandauit fieri. Ang. ubi ſupra Bar. ubi ſupra. tex. eſt in l. 1. de extraordin. crimin. Gram. conſi.36. col. antepenult. Hippol. conſi. 107. Capic. deciſ.155. col. 3. Salic.l. non ideo minus.3. q. C. de accuſat.

76 Secundò Limita † ut procedat, quotiescunque mandatum habetur pro delicto perfecto in ſe; nam tunc tale mandatum punietur pœna ordinaria, perinde ac ſi ſpeciale delictum fuiſſet commiſſum. text. eſt in c. pro humani. de homicid. in 6. Augu. de Arim. in addit. ad Angel de malefic.uerbo & Sempronium Rodulphi. uerſi.quæro.2.

77 Tertiò Limita † mandante aſſaſſino, ut aliquem interficias, & ſic mediante pecunia. Nam tali caſu quàmuis mors ſecuta non ſit,& ſic delicto non conſumato,tamen mãdans illa pœna ordinaria punietur qua puniendus ueniret, ſi delictũ conſumatum fuiſſet. tex.eſt in cap. pro humani. de homicid.in 6. Augu.de Arimin. ubi ſupra, Ioan. de Ligna. in quodam ſuo conſilio, in uolumine diuerſorum cõſiliorũm criminalium conſi.20.

78 Quod uerum eſt † quando ille aſſaſſinus ad actum proximum deueniſſet, & per ipſum non ſtetiſſet, quando delictũ non fuiſſet conſumatum,ſecus uerò,qnando delictũ conſumatum nõ fuiſſet, nec etiam ad actum proximum deuentum ſit nam tunc pœna ordinaria mandati puniri non poterit, ſed extraordinaria iudicis arbitrio decidẽda, uel pœna ſtellionatus.Gramat.uoto.8. Augu. de Atim. ubi ſupra. tamen ſecundum. Angel.conſi.14. Card. & Augu. de Arim. ubi ſupra licet aſſaſſinus, qui ad actum proximũ deueniret,decapitari deberet.tamẽ

ex

79 † ex quo delictum non conſumatum, nec mors ſecuta ſit, benè faciet Princeps, ſi illam pœnam corporalem mandantis commutauerit in pecuniariam.

Vltimò nota pro complemento huius
80 quæſtionis, quòd † crimen aſſaſſinij adeo eſt deteſtabile, quòd ſi mandans aliquem occidi, illi pecuniam dederit, non ſolum tenebitur pœna extraordinaria, effectu non ſecuto, ſed etiam ſi mandatum prius reuocauerit. ca. pro humani, de homicid. in 6. Angel. d. conſi. 14. Bal. l. 1. §. hoc autem. quod quiſque iur. Hippol. l. unica. nu. 246. & 247. C. de rapt. uirg.

Nonò, Principaliter quæro, quanto tẽpore mandatum duret.

81 Dicas, in † Criminalibus mandatum perpetuò durare, & ideo ſi mãdatarius diu ſteterit in committendo delictum, non per hoc liberabitur mandans; ſed perinde tenebitur, ac ſi ſtatim ſecutũ fuiſſet. Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 12. de iniur. Innoc. ca. ad audientiam, de homicid. Paul. de Caſtr. l. ſancimus. colu. 1. C. de teſtam. Angel. de malefic. uerbo & Sempronium Rodul'phi. uerſi. 5. quæro. Cepol. cautel. ultima.

Primò Limita non procedere, quando
82 † mandatum fuiſſet reuocatum tacitè, uel expreſsè. expreſsè dicit̃ reuocatum, quando uerbis expreſſis prohibetur. tacitè uerò, quando parentelam, uel pacem mandans cum illo, qui offenſus erat, faceret. Nam tunc ſi mandatarius, illum offenderit, mandans non tenebitur. Innoc. ubi ſupra. Bart. ubi ſupra. Angel. de malefic. ubi ſupra. Augu. de Arim. in addit. ibi ad eum. Hippol. conſ. 105. Cepol. cautela ultima. Carrer. in pract. fol. 311. Gramat. deciſ. 28. nume. 7.

83 Quod uerum eſt, dommodo † talis reuocatio mandati ad aures ipſius mandatarii peruenerit. puta, quia fuerit ei intimata, ſeu notificata à domino mandante, aliàs ſecus. Cin. Sali. l. non ideo minus. C. de accuſat. Cepol. d. cautela ultima. Carrer. fol. 311. num. 28. Bald. l. j. C. de ſeru. fugit. in d. l. quis ſi literis & l. mandati. C. mandat. Innoc. ubi ſupra. Item requiritur, ut etiam notificet illi, qui offendẽdus erat, ut caueat, aliàs mandans teneretur, nam neceſſe non habebit nominare offendentem, ſed tantum ut ſibi &c. Alex. d. §. ſi mandato. Docto. ubi ſupra. Carrer. latè fol. 311. Alex. conſ. 83. uol. 7. Fel. d. c. ſicut dignum. de homicid col 4. Bald. l. ob hæc uerba. de infam. Anchar. cleme. 1. de renun. Cepol. d. cautel. ultima.

Quod autem dictum eſt ſupra procedit in omnibus criminibus, præterquàm in crimine aſſaſſinij, in quo talis reperitur ſpecialitas, quòd ſi mandatum in eo fuerit reuocatum nihilominus mandans ad pœnam tenetur. caſus eſt in c. pro humani. ubi gloſ. de homic. in 6. Augu. de Arim. in addit. ad Ange. de malefi. uerb. & Sempronium mandantem

uerſi.

uerſ. 5. quæritur. Et huius ratio eſt: quia iam ipſe ex parte ſua delictum perfecerat. gloſ. c. 1. §. fin. de homicid. in 6. Nicol. l. qui falſam monetam. nu. 15. & 16. de falſ. Alex. l. uerum, in fi. de pœnis.

87 Secundò Limita † quando mandatum fuiſſet certo tempore limitatum. puta de tali menſe, uel tali die, & ille poſtea diu ſtetit, & poſtea fecit. Nam mandans tunc non tenebitur. Sali. d. l. non ideo minus C. de accuſat. Augu. de Arim. in ad di. ad Ang. de maleſ. ubi ſupra. uer. 5. quæritur.

88 Tertiò Limita non pcedere † quando mandans & mandatarius effecti fuiſſent inimici, nam tunc mandatum præſumeretur reuocatum. l. qui cum Cornelio. ubi Bart. loc. Alexan. conſi. 109. uolum. 7. Bald. l. mandatum. C. mandat. Carrer. fol. 322.

89 Quartò Limita non procedere † ſi mandatarius mandatū noluit acceptare, demum pœnitentia ductus motus ex ſe, iuit ad illum occidendum. nam tunc occidendo mandās non tenebitur. Alexand. in addit. ad Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato. uer bo ſemper. de iniur.

Decimò quæro principaliter, quibus ex cauſis mādans excuſetur, ſeu excuſari poſſit.

90 Dicas multis modis, & primò † excuſatur mandans, ſi mandatarius exceſſit fines mandati, ut latè per Carrer. in pract. fol. 307. & uide ſupra. q.

91 Secundò excuſatur mandans † ſi mandatarius erat aliàs omnino facturus. puta, quia effectus erat pariter capitalis inimicus mandatarii, ſicut mandantis. Nam tunc non tenetur de mandato, ſed tantum de inſtigatione, & perſuaſione. Bald. l. 1. col. 2. C. de ſeru. fugit. Angel. conſi. 22. Corn. conſ. 59. uol. 4. Carrer. fol. 309. Gramat. uot. 11. nume. 20. Cepol. cautel. 29. & 39. quod tamē deprehenditur uerum, ſi præceſſerit inimicitia capitalis, ut dixi, uel minæ ipſius mandatarii, uel præparamenta per eum. Nam ſi ſolitus erat minas exequi, præſumiſ, quòd erat aliàs facturus. Debet † etiā eſſe

92 mandatum à ſuperiore inferiori, & ſic tribus concurrentibus, inimicitia, offenſio mandatarii, & quòd ſuperior mandauit inferiori, ſecus è contra. Iaſ. d. l. 1. in fin. C. de ſeru. fugit. & ibi Paul. de Caſt. quia poteſt quis amicum euadere & pecunias lucrari, & ita dicit cōſuluiſſe Alex. poſt Bart. d. §. ſi mandato. uerſ. niſi gratia mandantis. & conſ. 123. col. 4. Carrer. fol. 309.

93 Tertiò Excuſatur mandans † ſi mādatarius dixerit, ſe feciſſe, non ut adimpleret mandatum, ſed quia erat eius inimicus. Nam talis excuſatio prodeſt mandanti; dummodo concurrant aliæ coniecturæ de inimicitia uel minis præcedentibus. Cepo. cautela 59. Carrer. fol. 310. Bald. l. 1. §. iniuriæ. uerſ. quæro ſi Titius. de pace iur. firman.

94 Quarto Excuſatur † ſi mandatarius

rius non acceptauit mandatum à principio, nam non tenetur mandans. licet poſtea mandatarius occideret. Carrer. fol. 310. & ſupra. q. 9. Bald. l. ſi literas, in fine. C. mandat. Bart. l. is qui. §. unde quæritur. de manumis.

Quintò Excuſatur mandans ſi mandarum reuocauerit. Vide ſupra. quæſt. 9. limit. 1.

95 Sextò excuſatur † ſi mandatarius attentauit delictum, ſed non perfecit. nam tunc mandans pœna ordinaria non tenebitur. & dicas ut ſupra. q. 8. & per Carrer. fol. 312.

Septimò excuſatur, † ſi ſolum mādatū

96 præceſſerit, nec ſecutum fuit homicidium, neque attentatum. nam ex ſimplici mandato non punitur. gl. l. præſenti uerſ. cogitationem. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & in cap. nullus tempus. 1. q. 1. Bart. l. ſi quis non dicam rapere. col. 2. C. de epiſ. & cler. Card. c. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. Gramat. uoto. 8. niſi in aſſaſſini, qui propter ſolum mandatum puniretur. Carrer. fol. 313.

97 Octauò excuſatur mandans † ex defectu ordinis non probati, nam ad hoc ut de mandato teneatur mandans, neceſſe eſt, ut mandatū præcedat factum, uel interueniat in ipſo facto. Bald. l. 1. uerſ. Item nemo punitur. C. de ſeru. fugi. ubi Iaſ. uerſ. 2. diligenter. Bar. l. ad hæc uerba. de infam. Alex. poſt Bart. d. §. ſi mandato. Paul. Eleaz. & Card. cle. j. de pœ. Carrer. fol. 315.

98 Nonò excuſatur † ſi delictum non poſſit ſibi ineſſe per rerum naturā, & ideo ſi impubes mandat fieri falſum teſtimonium, non puniretur de falſo, ſed aliter eſſet ordinandū, cū in impuberem nō cadat periurium. Bal. l. fi. C. ad ſil.

Item, ſi ſecus mandat fieri falſam ſcripturam. Nam ipſe non poteſt ſecūdum naturam falſum fabricare, ergo nec mandando obligatur. Bart. l. j. uerſ. & nota quòd mandans. C. ſeru. ſug. Carrer. fol. 328.

99 Decimò excuſatur in caſu † in quo naturaliter non poſſunt plures concurrere in eodem actu. Et ideo mandans adulterium committi, non punitur de mandato, ſed tenetur ut conſulēs, uel inſtigator, uel factor. Bald. d. l. 1. C. de ſeru. fugit. & d. l. non ideo minus. poſt 10. q. Butr. c. 2. in fi. de ordi. cogn. Rom. l. ſi quis iuſſum. in prin. de dam. in fec. Carrer. ubi ſupra.

100 XI. Excuſatur † ſi contra eum teſtium dicta non concordant cum rebus ſenſatis, & uerisimilibus, ſecundum communem hominum opinionem, ut quia dicant teſtes, quòd uaſallus, ſeu familiaris mandaſſet domino, uel filius patri, uel minor maiori, ut occideret. nam hoc à uerisimili multum diſtat, Bald. d. l. 1. C. de ſeru. fugit. uerſ. & ideo in quadam inquiſitione, ubi dicit, fuiſſe annullatam inquiſitionem, in qua continebatur, quòd familiaris mandauerat domino, Carrer. fol. 316.

101 XII. Excuſatur † ſi mandatarius

non

non tenetur,ná mandans excuſaretur, Ang.de maleſ.uerbo Sempronium mandatorem.uerſ.quæro 3. Carrer.ubi ſupra.Bal.d.l.non ideo minus.in fi.

102 XIII. Excuſatur mandans † ſi non conſtet de principali mandatario,nam incertitudo principalis delinquentis auſert in acceſſorio impotentiam procedendi. Perſona enim eſt nominanda,ne in tali crimine uagetur, Ancha.conſil. 202. in fi.Hipp.conſ.49.uerſ.3.pro hac parte.fol.316.

103 XIIII. excuſatur in caſu † in quo quis potuit per ſe delictum facere & occidere ergo in eo potuit alteri mandare, & mandando, non tenetur mandans. Bar.Salic.l. Graccus.C.de adulte.ut etiam per aſſaſſinium,licet in hoc aliqui contrarium dicant, & quòd mandans non teneatur,conſuluit Bart. ut refert Anchar.c.1.de conſtitu.in fin. uerſ.hic poteſt.not.gloſ.in l. ſed ſi unus.§.ſi ſeruus.de iniur.Din.in c. ſi quis mandauerit.de reg.iu. in 6. Carrer.fol. 316.

104 XV.Excuſatur†mandans ratione officii.Nam ſi iudex mandet occidi,uel decapitari, uel torqueri taliter,quòd mortuus ſit, non tenetur,dummodo in caſu licito, & non dolo. Nam tunc officialis mádans teneretur pœna capitali. Carrer.fol.317.Gandi.tit.de pœn. Ange. l. liberorum. §. excuſantur. de infam.

105 XVI.Excuſatur†mandans rõne delicti ceſſantis, & ideo ſi mandetur ingredi poſſeſſionem, & in ingreſſu ſequatur homicidium, non puniretur mandans pęna ordinaria.Nec locum habebit diſpoſitio. l.qui multa facinora.C. ad l. Iulia. de ui publi.quæ loquitur in ingrediente per ſe, Cepol.conſ.34.Carrer.fol.317.

106 XVII.Excuſatur† mandans ratione inualidi mandati nullú dantis præiudicinm alteri. l. fina. ubi Bal.ff. de falſ. tut.auct.Hippo. cóſ. 111.& in l.1.§.præterea.de ſica. fo. 317.

107 XVIII.Excuſatur † ratione non probatæ qualitatis obiectę. Er ideo ſi accuſatur, quòd occidit Sempronium,& demum probauit de mandato ad occidendum, abſoluitur ab accuſatione, & non condemnatur de mandato ad occidendũm, Ioan. Monach. regula, qui per alium.de regul.in 6. & per Bald. c. 1.§.iniuria.colum.ult.de pac. iur. firm. Fel.c.mulieres. de ſenten. ex comm.Carrer.fol. 318. Marſ. ſingul. 187. & in rubr.C.de probatione.circa fin.uer. Item ad prædicta, & in practi.§.& quia.

Vndecimò principaliter quæro, mandans qua pęna puniatur.

108 Dicas de iure communi, mandans delictum fieri, ea puniendus eſt pœna,qua ipſemet delinquens, ſi captus fuiſſet.l.2. §. diuus Pius. de iur.fiſc. Gandi. de homicid. & eorum pœna.num.9.Capic. deciſ. 155.colum.3. Vnde ſi quis homicidium

cidium

cidium fieri mandauerit, pœna ca
109 pitis puniendus eſt † perinde ac ſi propriis manibus occidiſſet, Bal. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. de acquir. hæred. Et ratio eſt quia mandans maleficium fieri, ui detur illud propria manu committere, & grauius peccat, quàm committens: quia ipſe peccat, & alium peccare facit. Vnde grauius puniẽdus eſt, Gand. de pœna punien. reo nu. 12.

110 Amplia † ut procedat non ſolum in mandante principaliter, & ſic ad eius inſtantiam delictum factũ fuerit, ſed etiam in mandante ad inſtantiam alterius mandantis. Puta mandauit Titio, & Titius mandauit Seio delictum fieri. Certè tunc delicto ſecuto, omnes tenentur, & pari pęna puniuntur. l. ſi ergo. ff. quod ui, aut clam. Bar. l. 1. §. incidit. ad turpill. Angel. de malefic. uerbo & Sempronium mandatorem. q. 6. Hippol. ſingul. 181. Bart. d. §. ſi mandato. Carrer. fol. 305.

111 Secundò Amplia † etiam ſi tempore delicti mandans abſens fuiſſet, nam nihilominus ſua pęna ordinaria puniendus eſt, cum ipſius præſentia non requiratur. per tex. in l. 1. §. prætor. ne quis eum, qui in ius uocan. ubi Paul. Iaſ. & alii Bart. in l. ſi quis per alium. eo. tit. Carrer. fol. 306. nu. 66.

112 Tertiò Amplia † ut procedat, etiam ſi mandatarius occidiſſet illũ extra territorium, hoc eſt, extra locum, ubi mandans illum occidi mandaſſet. Nam ſi ibi captus fuerit mandans punietur, ac ſi ibi propriè mandaſſet fieri. exempli gratia. mãdans exiſtens Bononiæ mandauit Seio, ut Titiũ interficeret, & Seius Titium Ferrariæ interfecit, quo pacto mandans Ferrariæ captus fuit, certè poterit ibi puniri, ſicut Titius qui homicidium fecit. Hippo. l. unica. nu. 252. C. de rapt. Virgin. Quod autem dictum eſt, procedit effectu
113 ſecuto, & conſumato † effectu uerò non ſecuto, & non ad actum proximum deuento, Tunc mandans homicidium fieri etiam pro pecunia non punietur pœna capitis, ſed extraordinaria iudicis arbitrio, uel crimine ſtellionatus. Gramatic. uoto. 8.

Viſum eſt ſupra, qua pœna mandans puniendus uenit de iure communi modo uidendum eſt, quòd ſit de iure municipali.

114 Dicas igitur, quòd † in pœnis ſtatutorum, loquentium in perſona mandantis non punitur eadem pœna, qua faciens, etiam ſecuto maleficio, quia mandans non uerè, ſed fictè, & interpratiuè dicitur facere. Capic. deciſ. 55. col. 3. Bart. l. & ſi unus. §. ſeruus. de iniur. Angel. de malefic. uerſi. & Sempronium mandatorem. q. 14. ubi poſt Barto. dicit, iſtam eſſe ueritatem, uideas omninò Carrer. fol. 301. & 302. cum ſequen.

115 Duodecimò principaliter q̃ro † an mandatarius & mandans eadem

I pœ-

pœna puniantur. Dicas, quòd ſic, quando lex loquitur realiter, ut quia dicat, quòd ex tali delicto imponatur talis pœna, tunc.n.eadem pœna imponetur mandanti & mãdatario. ſed quando lex loquitur pſonaliter, tunc lex, quæ loquitur in facien. non habet locum in mandãte. Cepol.conſi.34.num.40. & 41. plenè Angel.de malefic. ubi ſupra. uerſicu.3. Bologni.latè in addit. ad Ioan.de Anan.conſi.59.Carrer.fol. 322.cum multis ſeqq. Nouell.fol. 21.nume.69.

XIII. Principaliter quæro, an mandãs teneatur ex mandato, ſi mãdatarius aliàs omnino illud facturus erat.

116 Dicas, quòd † mandans homicidium, uel aliud delictum fieri, nõ tenetur ex mandato pœna ordinaria, ſi mandatarius illud erat aliàs facturus. puta, quia mandatarius per prius inimicitiã capitalem habuiſſet cum illo, quem occidit. Grama. deciſ.34.num.40.Bald.c.1.§.iniur. uerſ.quæro ſi Titius mandauit. de pac.iur. firman. Cepol. cautel. 39.

117 ubi † tradit iſtud pro cautela ad euadendum mortem mandãtis, uidelicet ut mandatarius dicat, quòd illud non fecit, ut mandatum exequeretur, ſed ipſius odio particulari, quod habebat cum occiſo. Quæ cautela uera erit, ſi cum dicto mandatarii concurrant aliquæ coniecturæ hoc ſuadentes, de quib. ſupra latè, aliàs contra mandantem præſumeretur, punietur itaque tali caſu mandans non ex mandato, ſed tanquam conſultor, uel ſuaſor, uel inſtigator. Bald.l.1.colu.2.C.de ſeru: fugit.Angel.conſi.22. Corn.conſil. 59.uol.4.Carrer.fol.309.

118 In dubio † itaque ſi dubitetur, an mandatarius eſſet aliàs facturus, uel non, iudicandum erit contra mandantem, & ſic quòd ille mandatarius non eſſet aliàs facturus. Din. ca.in obſcuris.de reg.iur. in 6. Bal. l. hæc. uerba. circa med. de his, qui not.infam.Hippol.l.1.§.diuus Adria.num.22.de ſicar.Cepol.conſi.34.incip.ſi nunquam.Hippol.l. frater tuus.num.55. C.de ſicar.

Vltimò pro complemẽto huius artic. uideas Bald.l.1. C.de ſeru.fugit. & c.1.§.furtum. de pace iur. firman. Augu.de Arimin. ubi ſupra. uerſi. 5.quærit.

XIIII. Principaliter quæro, quid ſi unus mandauerit pluribus, ut occidatur, omnes occidunt. an mandãs unica, uel pluribus pœnis puniatur.

119 Dicas, quòd † unum eſt delictũ, & ſic unica pœna punitur, quòd eſt uerum, quando unicum mandatur delictum, licet pluribus. Secus ſi plura delicta & homicidia; nam quot ſunt homicidia, tot dicuntur delicta, & tot pœnis mandans punitur, ut per Bart.l.fin.col.2.uerſic. & probet poteſt ſolui.de ſicar. & in l.ſi.ff.ſi fur.fami.feciſſe dicatur.Carrer.fol.306.

XV. Principaliter quæro, quid † ſi ali
120 quis mãdet, ſeu inſtiget, aut ſolicitet, ut clericus percutiatur, an incidat

cidat

cidat in canon. ſi quis ſuadente diabolo, & ſit excommunicatus ſi clericus percutiatur, aut occidatur.

Dicas, quòd ſic, Bald. Ang. Raphael, Imol. l. quid ergo. §. pen. de leg. 2. perinde ac ſi ipſe percuſſiſſet ſeu occidiſſet. Iaſ. l. 1. C. de ſeru. fugit. Alex. poſt Bart. d. §. ſi mādato, quod extenditur etiam ſi mandans antequàm mādatarius percutiat, uel occidat, reuocet mandatum, dummodo notificaſſet madatario reuocat. gloſ. & Abb. d cap. mulieres. Bart. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeru. de condi. ob cauſam, Carrer. fol. 306.

21 Item etiam erit contra † ſi clericus mandauerit, inſtigauerit, uel pſuaſerit, ut aliquis percutiatur, uel occidatur, Irregularis efficitur. Doctor. d. §. pen. & c. ſicut dignum. de homicid.

Quod uerum eſt, etiam ſi clericus poſt inſtigationem prohiberet, ne occideret, ſed tātum, ut uulneraret uel pcuteret Bal. l. cū mandati. C. mandati. Ang. de male. uer. & Semproniū Rodulphi. q. 8. & 9. Carrer. fol. 306.

Contraria.

Cōntrarium tenuit Hippol. conſ. 132. num. 26. uſque ad fin. Corſet. ſing. 174. uerbo præceptum.

Contrarium tenuit Paul. de Caſtr. l. ſi quis mihi bona, §. ſi mandauerit. de acquir. hæred.

Contrarium tenet Albe. de Roſ. in tractа. ſtatut. in 3. pa. q. 55. Bart. l. quē admodum. C. de agri. & cenſi. libr. 11. Bal. l. Gallus. §. quòd ſi is. de lib. & poſth. Bal. Ang. l. ſi ſeruus. §. pretor. de acq. hæred.

Contrarium tenuit Gand. de tranſact. & eorum pact. nume. 26. uſque ad fin.

Contrarium tenuit Corn. cōſi. 57. uol. 4. Bald. l. 1. §. perſuadetur, de ſeru. corrup.

Contrarium tenuit Dec. conſil. 482. uolu. 4. & multi ibi relati per eum, & Dec. conſi. 62. uol. 5. Cepol. cōſi. 36. per totum.

Contrarium tenuit Dec. conſi. 622. uolum. 5.

Cōtrarium tenuit Din. & Ang. l. item apud Labeonem §. ſi curauerit. de iniur. ſed concor. has opiniones, ut per Hippol. l. unica. nu. 247. & 248. C. de rapt. uirg.

Contrarium tenuit Carrer. fol. 311. num. 79.

Contrarium tenet Bart. d. §. ſi mandato. uerſi. quæro an mandaui, & multi Doctor. relati per Carrer. fol. 311. in fin.

Contrarium tenet Bal. l. 1. uerſi. & nota quòd mandans. ubi loquitur de loco. C. de ſeru. fugit.

Contrarium tenet Bal. l. accuſationis. C. qd met. cauſ. & in ca. 1. §. ſi uerò, de pace iura. firman. & in l. ad officium. C. commun. diui. & in l. ut uim. de iuſt. & iur. & in l. 1. C. unde ui.

Regula VIII. de Aſſaſſinio.

SUMMARIUM.

1 *Aſſaſſini nomen non erat cognitũ de iure communi antiquitus, ſed mandans dicebatur conductor, et faciens locator.*

2 *Aſſasſinium multis modis uocatur in iure. Videlicet crimen horrendum, atrociſsimum, pluſquàm atrocisſimum, enormisſimum.*

3 *Aſſasſinium æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.*

4 *Aſſasſinus propriè dicitur, qui pecuniam a ccipit pro homine inter ficiendo.*

5 *Aſſasſinum dici eum, qui conuenit de pecunia recipienda uel alia re. nu. 6.*

7 *Aſſasſinus dicitur, qui interfecit, ut alteri complaceat, dummodo tamen ſperet aliquod emolumentum.*

8 *Mandans fieri homicidium propter pecuniam datam uel promiſſam, dicitur aſſasſinus.*

9 *Aſſasſinium dicitur committi ex ſola oblatione pecuniæ, pollicitatione ſeu promisſione, ſed neceſſaria eſt acceptatio eius, qui executurus eſt.*

10 *Specialia in crimine aſſasſinii.*

11 *Aſſasſinus punitur effectu non ſecuto, fallit in ſtatuto. nu. 13.*

12 *c. 1. de homicid. in 6. procedit etiã in aſſasſino faciente.*

14 *Aſſasſinus ita demum punitur, ſi ad actum proximum deuenerit, quo caſu etiam iudex rectè faciet, ſi pœnam in pecuniariam conuertat.*

15 *Aſſasſinus quando res ſtetit puris terminis mandati debet pecuniaria pœna puniri. Et ſtetiſſe ita dicitur, quando ad actum proximũ deuentum non fuit.*

16 *Aſſasſinus punitur effectu non ſecuto, etiam ſi tale mandatum à principio fuit recuſatum.*

17 *Aſſasſinus poteſt per quemcunque offendi, eo quia eſt à lege diffidatus.*

18 *Clericus aſſasſinus priuilegium fori amittit. & ideo iudex laicus in hoc eſt competens contra clericum.*

19 *Accuſatio ſola uel inquiſitio non faciunt aſſasſinũ, ſed requiruntur probationes.*

20 *Aſſasſinii qualitas debet concludẽter probari.*

21 *Qualitas requiſita in aſſasſinio à capit. 1. de homicidio probanda eſt.*

22 *Clericus non poteſt puniri, niſi prius degradetur, fallit in aſſasſinio.*

23 *Argumenta probabilia ſufficere in aſſasſinio, dummodo tamẽ ſint indubitata.*

24 *Teſtis de auditu auditus admittitur in aſſasſinio & facit indicium ad torturam.*

25 *Teſtes parte non citata & lite non cõteſtata in crimine aſſasſinii probant.*

Aſſaſ-

26 *Aſſaſinus poteſt ex mero officio iudicis inquiri iuris ordine non ſeruato.*

27 *Pœna in aſſaſino eſt alteranda.*

28 *Aſſaſinus poteſt torqueri etiam legitimis indiciis non præcedentibus, ut mandãtem indicet, dummodo non ſit ex alio crimine notatus infamia. nu. 29.*

29 *Aſſaſinus per generalem abſolutionem principis non cenſetur abſolutus.*

30 *Aſſaſinus tamquàm hoſtis publicus poteſt ſuis defenſionibus renũciare.*

31 *Aſſaſini hæres lite cum defuncto non conteſtata, tenetur reſtituere*

32 *omne id, quod ad manus defuncti peruenirit hæredi occiſi per aſſaſinium.*

33 *Bannitus licet poſſit offendi, tamen offendi non poterit mediante pecunia.*

34 *Aſſaſinus poteſt puniri per iudicem originis pro aſsaſsinio patrato extra locum ſiue territorium ſuum.*

35 *Tractatus ſolus efficit aſsaſinum ſortiri forum etiam ſi aſsaſiniũ alibi committatur.*

36 *Aſſaſini bona poſſunt per quemlibet occupari.*

37 *Sententia declaratoria in aſsaſinio ſufficit.*

38 *Appellatio non admittitur in aſsaſinio.*

39 *Aſſaſinus mandans tenetur etiam mandato reuocato.*

40 *Mandans & mandatarius aſsaſini puniuntur extra ordinem, etiã ſi ſocius ipſis inſciis fuerit ab aliquo alio ſuo inimicus interfectus.*

41 *Clericus homicida non priuatur ipſo iure beneficio, ſed requiritur ſententia declaratoria. Fallit in homicidio qualificato, ut eſt aſsaſſinium.*

42 *Pœna aſſaſinii de iure canonico et ciuili.*

43 *Aſſaſinium ſi non probetur aliter quàm per confeſſionem aſsaſini qualificatam, tunc aſsaſinus non poteſt ad mortem puniri.*

44 *Aſsaſiniũ debet conſtare per indicia ſumpta per iudicem, & eſt neceſſe, quòd pecunia interueniat.*

Aſſaſſini qui dicantur, quot ſpecialia à iure in eis diſpoſita ſint, qua pœna puniantur, et latè de eius materia.

1 PRæmitte primò, ꝙ † nomen hoc aſſaſſini, de iure communi non erat cognitum, ſed fieri mandans conductor dicebatur, faciens uerò locator, tex. eſt ubi Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniũr. non tamen ex conducto actio oriebatur tanquam ex turpi cauſa. At hodie iure canonico diſpoſitum eſt, ut ambo iam mandans quàm faciens aſſaſſini dicantur, tex. not. c. 1. de homicid. in 6. Bar. in d. §. ſi man-

mandato.uerſ.uenio ad conducto rem.Bal.l. non ideo minus. colu. penultim.C.de accuſ. Carrer. fol. 285.

2 Secundò præmitte, quòd † iſtud crimen aſſaſſinii multis modis in iure baptizatur.Quandoque enim dicitur crimen atrociſſimum, ut eſt tex.in c.1.de homicid. in 6. & in l.Cicero.ubi Bar.de pęn. Caſtr. conſi.249.in prin.uol.5.Bal. conſi.430.uol.2.Quádoq; etiam dicitur crimen horrendum.d.ca.1. de homici.in 6.Bologn.conſi. r. col. 2.Bar.in d.§.ſi mandato.Quãdoq; appellatur crimen pluſquàm atrociſſimum,ſecundum Grama.deci. 25.nu.25.Quandoq; appellatur a-

3 trox,&†crimini læſæ maieſtatis æquiparatur.Gemi.d.c. 1. de homi. in 6.Fel.in tract.de conat.in 6. Fallen.Grama.uoto 9.num. 12.Quandoq; appellatur crimen enormiſſimum,ſecundum Hippo.l.qui falſum.num.13.de falſ.& in l.is, qui cum telo.nu.20.de ſica.

Quæro igitur primò, qui dicantur aſſaſini.

4 Dicas†aſſasſinos eos dici, qui pecuniam recipiunt pro homine interficiendo,text.eſt ſecundum quoſdã. in c.1.de homicid.in 6. Aret. conſi.163.num.17.Corn. conſi. 249. num. 5.uolu. 1. Ang.de maleſ. uerbo Sempronium Rodulphi. ubi Augu.de Atim. Bar.l.quæro.ff. de pęn.Ang.l.§1.de eo per quem fact. fuerit,& in l.2.de ſepulc.uio.Cap. deciſ.155.nùm.12.Alexan. conſi. 166.in prin.uol.7.Par.de ſind.fol. 156.nu.4.Nouel.in pract. fol. 12. num.68.

5 Amplia,ut non ſolum procedat, ſi quis pecuniam receperit, ſed etiã de ea recipienda conuenerit.Corn. ubi ſupra,tex.eſt in d.c.1. de homicid.in 6.Capic.deciſ.155. nu. 17. Salyc.in d.l.non ideo minus.C. de accuſa. Aret.conſi.165,Curt. Sen. conſi.20.Grama.uoto 9.colum.2. Ioan.And. c. penultim. de cleric. non reſidend.Carrer. fol. 286.nume.4.

6 Amplia ſecundò† ut procedat etiã ſi aliud datum uel promiſſum fuerit,quàm pecunia. Nam hi datus fuerit equus etiam ſi aſſaſſini dicũtur.Capic.deciſ.155.num. 21. & 22.Grama.uot.9.in prin.Nouel.in practica fol.21.num. 68. Curt. d. conſi.155.nu.17.uerſi. ad tertiam dubitationem.

7 Tertiò Amplia†ut procedat in eo, qui aliquem interfecit ſolum ut alteri complaceat. Nam & is in numero aſſasſinorum erit. Ioann. And.in c.penul.de clericis non reſiden.Gramat.uoto 9.num.3. Nouel. ſol.21.nume.68.Carrer. fol. 186.Alex.in l.j.ff.de eo,per quem fact.fuerit.

Quod tamen uerum eſt, dummodo in animo ſuo ſperet aliquod emolumentum conſequi, aliàs ſi hoc indiſtinctè eſſet uerum, quilibet ſemper eſſet aſſaſſinus,quod dicendum non eſt, cum regulariter nemo pro altero delinquat ſolum ut com-

complaceat alteri, Carrer. fol. 286.

8 Amplia quartò † ut non ſolum procedat, ſi quis pecuniam receperit, ut aliquem interficiat, ſed etiam procedit, ſi quis mandauerit homicidium fieri propter pecuniam datam uel promiſſam, ut dixi, nam & ipſe etiam aſſaſſinus nominabitur. d. c. 1. de homicid. in 6. Ange. in d. l. qui ſepulchra. C. de ſepulc. uiola. & in l. 1. ubi Alex. ff. de eo, per quem fact. fuerit, & Salic. in d. l. non ideo minus. Bal. Ange. in l. hoc edictum. §. hoc autem. de iniuriis. Ang. conſ. 14. Nouel. in pract. fol. 21. nu. 68. Bart. in dict. l. non ideo minus. Bar. in d. l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniur. Carrer. fol. 285. colum. 1. Quod autem dictũ eſt in ſupradictis ampliationibus. Verum eſt & procedit, quando

9 mandatum de interficiendo ſeu conuentio facta fuerit, & demum per illum qui executurus eſt, acceptata fuerit, aliàs ſi tantum ſola oblatio, pollicitatio, ſeu promiſſio facta fuerit, & per illum non ſit acceptata, non diceretur committi aſſaſinium, Gram. uoto 11. num. 19. Bald. conſi. 82. incipit Biſon. de cõſtit. uolu. 3. Capic. deciſ. 155. Carrer. fol. 286.

10 Secundò † principaliter quæro, quot ſpecialia in aſſaſinio à iure tradita reperiantur.

Dicas multa ſpecialia reperiri, primò. Nam regulariter in delictis affectus non punitur, ſed actio uel effectus. Tamen in aſſaſino ſecus ẽ.

11 Nam † capitaliter pro delicto punietur, quamuis ipſum delictum non conſumauerit, Bald. de Peruſ. conſi. 14. inc. Carolus, uolu. 2. Ang. l. 1. ff. quod quiſque iur. in §. hæc uerba, & in l. qui autem. ff. de his, qui not. infam. tex. eſt nota. in c. 1. de homicid. in 6. Aug. de Arimin. in addi. ad Ang. de male. uerbo, & Sempronium Rodulph. & Butr. in c. cæterum. de iudi. Bologni. conſi. 8, colum. 2. Capic. deci. 155. Par. de Put. de ſindi. fol. 136. num. 13. Gramat. uoto 9. num. 20. 21. & 22. Hippol. in pract. §. examinanda. num. 26. & in l. eiuſdẽ in prin. num. 10. de ſicar. & in l. is, qui cum telo. num. 20. C. eo. titu. Carrer. fol. 286. Ioan. de Ligna. in quodam ſuo conſilio in uolum. diuerſorum conſi. 20. Aduertas

12 quòd quamuis tex. in ca. 1. de homicid. in 6. loquatur in aſſaſino mandante, tamen etiam procedit in aſſaſſino faciẽte, ſeu operante, qui etiam tenebitur, licet effectus ſecutus non ſit, ut per Capic. deci. 155. colum. 7. uerſ. ad primũ. ubi copioſè.

Quod uerum eſt quoad pœnas iuris

13 cõis, ſecus † quo ad pœnas ſtatutarias imprimendas, quia cum actum perfectum ſtatuta deſiderẽt, non uerificabuntur effectu non cõſumato, etiam ſi aſſaſinus mandans pecuniam iam depoſuiſſet dandam illi aſſaſſino, nam non ſecuto maleficio ſtatutariæ pœnæ

locus

locus non erit, ſed arbitratis. Bald. conſi. 490. uol. 2.

14 Item uerum eſt † quando fuit deuentum ad actum proximum, & quia admenauit & percuſſit, licet non occiderit, nam tunc puniri debet ac ſi occidiſſet. Tamen hoc caſu iudex rectè faciet, ſi pœnam cõmutauerit in pecuniam. Bald. in d. conſi. 14. eo. uo. l. Item apud Labeonem. §. ſi iurauerit. de iniur. Gram. uoto. 8. & 9. Gand. ubi ſupra, Car-

15 rer. fol. 233. Secus † uerò quando non eſſet proceſſum ultra ad aliquẽ actum, ſed mandatum re integra re manſit: Nam tunc omnino pœna pecuniaria non corporali puniendus erit. Carrer. fol. 287. 288. Item

2 Limitat† ut non procedat ſi dominus domus non fuiſſet uſus ſimilia committere,uel non eſſet malæ uitæ ſecundum Barbat.in addi.ad Bar.in l.ędiles. de uia publica,Roma.in l.j.§.ſi quis in uilla, & ſing. 106.per hoc ipſi torqueri poterũt. Dyn.in l.j.§. hoc autem ſenatuſcõ ſultum.ad ſyllan.Roma.in l.j.§. ſi quis in uilla.& in l.excipiuntur.in fine.eod.titu.Ioan.And. c. ſignificauit.de homicid.Ang. de maleſi. uerbo fama publica.uerſ.quid autem ſi ſunt.Augu.de Arimi.in addi.Carrer.fol.102.Nouell.fol. 31. num.23.Blanc.l.fi. num. 224. de quæſt.Dyn.in l.j.§.ſi quis in uilla. ad ſillan.Ioan.And. in c. ſignificauit.de homicid. Alb. in trac. ſtat. par.2.quæſt.124. Nouel. fol. 32. nume.36. Bárt.in l. ædiles. de uia publica.

3 Amplia † ut idem etiam ſit, ſi homo mortuus repertus ſit ante domum alicuius.Bart. in l.ædiles. de uia publica.

4 Amplia † ut tanto magis uerum ſit,quando tales ſocii aufugiſſent. Nam tunc ſine dubio ipſi fuiſſe p̃ſumuntur,ſecundum Bald.conſil. 254.uol.2.

5 Amplia ut procedat †etiam ſi tales eſsẽt pſonæ honeſtæ & bonæ uitæ. Nam torqueri debebunt,quia con ſocii ſaltem præſumuntur, Roma. l. excipiuntur. in fine ad ſillan.

6 Amplia tertiò, ut tanto magis uerum ſit,quando ſocii , qui cum eo prius erant , tacuiſſent & mortem ipſius non reuelaſſent. Nam talis taciturnitas ipſos ſuſpectos facit. Carrer.in pract.fol.13. Hippol. in pract.§.expedita.in fine,Noue.fol. 31.nu.23.Blan.in d.l.fi. nu. 224. de quæſtio.

7 Amplia quartò, † ut procedat non ſolum contra ſocios, qui cum mortuo commorantur, ſed etiam locũ habere contra uxorem , quando nullus alius quàm uxor in domo fuiſſet. & ideo ſi quis mortuus in domo reperiatur,& à quo occiſus fuerit neſciatur,præſumitur etiam contra uxorem quaſi ipſa occidi mandauerit, & conſcia homicidii fuerit.Paris de Put. de ſindic. fol. 300. col.j.Carrer.fol.300.quod uerum eſt,ſi ipſa tacuiſſet, & hoc incontinenti non reuelaſſet. Nam tunc conſcia ſine dubio præſumitur & torqueri ob hoc poterit , ſecundum Bar.in l. excipiuntur. ff. ad ſilla.Paris de Put.ubi ſupra.Vbi refert tempore ſuo uidiſſe quandã mulierem tortam quę diu mortem uiri tacuerat,qui nullibi reperiebatur.Tamen prędicta mulier quadã die clamauit alta uoce plorans, ꝙ in ſtabulo erat fetor maximus , & uicini occurrerunt & ibi uirum ſepultum inuenerunt. Vbi torta confeſſa fuit, quòd uirum occidi fecerat à quodam adultero,& inde ob hoc ſuſpenſa fuit & meritò.

Con-

Contraria.

Contrarium tenuit Alber.tract. bãnitorum.q.61.& Bald.in l.3.§.quia de off.præfect.& Hippo.d.§. diligenter.nu.50.& 51.

Regula X.de tortura.

SVMMARIVM.

1 *Tortura regulariter ſine indiciis non infertur.*
2 *Indicia,quæ dicantur legitima, relinqui arbitrio iudicis.*
3 *Præſumptio eſt minus quàm indicium,& propterea reus torquendus non eſt,licèt habeat contra ſe præſumptionem.*
4 *Torqueri nemo debet,etiam ob bonum publicum.*
5 *Imputatus de crimine læſæ maieſtatis ſine legitimis indiciis nõ eſt torquendus.*
6 *Iudex procedens,ſola facti ueritate inſpecta,non torquetur legitimis indiciis non præcedentibus.*
7 *Aſſaſſinus etiam in crimine proditorio patriæ ſine indicijs non torquetur.*
8 *Tortura etiam leuis ſine indiciis nõ infertur.*
9 *Tortura ad hoc ut poſſit inferri, debet conſtare de delicto.*
10 *Indicia debent eſſe ſolenniter recepta parte citata ad uidendum iurare teſtes, aliàs nihil probant.*
11 *Indiciorum copia eſt danda inquiſito torquendo.*
12 *Tortura non infertur ubi aliæ probationes poſſunt haberi.*
13 *Accuſator debet petere, ut reus ponatur ad torturam.*
14 *Rei nomen debet eſſe receptum inter reos, ad hoc ut inferri queat tortura, & etiam ut lis ſit conteſtata.*
15 *Rei nomen quando dicatur eſſe receptum inter reos.*
16 *Teſtes ſuper indiciis ad torturam debent per iudicem & non per notarium examinari.*
17 *Reus minor ſine curatore dato à iudice non eſt proceſſandus nec torquendus.*
18 *Mulier prægnans & minor quomodo proceſſanda.*
19 *Iudici de facto procedenti licitè reſiſti poteſt.*
20 *Cautela pro iudice, ut extorqueat confeſsionem ab indebitè torto, ne teneatur in ſindicatu.*
21 *Cautela pro indebitè carcerato, ne iudex tenentur in ſindicatu.*
22 *Captura indebita iuſtificatur, ſi reus præſtet fideiuſſores de ſe præſentando.*
23 *Indicia debẽt eſſe probata per duos teſtes,& debent eſse uerosimilia, & probabiliter concludentia.*
24 *Appellatio interpoſita à decreto de torquendo operatur, ut confeſſio ſecuta ſit iure ipſo nulla.*
25 *Bannitus poteſt comparando uigere ſtatuti, cum admittentis ad ſe defen-*

defendendum, torqueri ſine indiciis.

26 *Tortura leuis non dicitur tortura.*

27 *Confeſsione facta in tormentis leuibus, ſecuta ratificatione, ſequi poteſt condemnatio, & ſi legitima indicia ad torquendum non præceſſerint.*

28 *Præfectus uigilum poteſt torqueri ſine indiciis, dummodo de furto conſtet.*

29 *Hoſpes & familia cauponis torqueri poſsunt, ſi furtum in caupona fieri contigerit ſine indiciis.*

30 *Torquetur accuſatus uel inquiſitus ſine indiciis contumax in reſpondendo inquiſitioni uel accuſationi ad eruendam reſponſionē affirmatiuam uel negatiuam.*

31 *Mandatarius aſsaſſinus contra mādantem ſine indiciis torqueri poteſt.*

32 *Seruus inquiſiti in crimine læſæ maieſtatis, fraudati cenſus, adulterii, homicidii, uxoricidii, uel matricidii ſine indiciis poteſt torqueri.*

33 *Proditores torquentur ſine indiciis.*

34 *Serui torquentur. ſuper nece domini ſine indiciis, ſi neſcitur à quo ſit interfectus.*

35 *Latro fumoſus ſine indiciis torqueri poteſt.*

36 *Tortura ſine indiciis in criminib. enormibus inferri poteſt.*

37 *Torqueri poteſt ſine indiciis inquiſitus de mandato principis, & eius proprio motu. Intellige ut infra.*

38 *Maritus torqueri poteſt ſine indiciis de morte uxoris.*

39 *Tortura infertur cuſtodi alicuius rei, quæ furto ſubtracta fuit ſine indiciis ad indicandum furem.*

40 *Delictis in enormibus ſi adſint urgentes ſuſpiciones, & deſint indicia, iudex debet impetrare à Principe facultatem torquendi.*

41 *Iudex in ſecretis delictis debet eſse promptus ad torturam.*

42 *Torquendo non debet dari cibus aut potus per nouem aut decem horas.*

Tortura an inferri poſſit nullis indiciis præcedentibus.

1 Dicas, regulariter † torturam inferri non poſſe, niſi prius legitima præcedant indicia. l. 1. in prin. ff. de quæſtio. l. milites. §. oportet. C. de qō. Bru. de indi. in 2. part. uerſic. quintò principaliter. Guido de Suza. de ind. uerſ. non tamen. num. 53. Abb. in c. cum in contemplatione. colum. 1. de reg. iur. Angel. de maleſic. uerbo fama publica, uerſic. hinc uidemus. Paul. Girlan. in uerſ. 5. Gramat. uoto 30. num. 20. & 21. Ruin. conſil. 7. num. 2. uolum. 5. Thoma. Ferrat. cautela 14. in prin. Inn. Ioann. And.

Andr.c.qualiter.& c.inquiſitionẽ. de accuſ.

2 Indicia † autem, quæ legitima reperiantur, iudicantis arbitrio remitti debet, cum in eis certa regula tradi non poſſit. Bart.in l.fin.ff.de quęſtio.Bald.in l.2.§.quæ autem C.qui appell. non poſſ. Abb. in cap. cum in contemplatione. in prin. de reg. iur.Decius conſil. 363.in princip. uolum.3.

Prædictam autem regulã amplia multis modis, &

3 Primò † Amplia, ut procedat, ſi contra torquendum præſumptio aliqua adſit. Nam adhuc torqueri non poſſet, cum præſumptio minus quàm indicium ſit. Nouel. in pract. fol. 12. Bart. in l. 1. l. milites l. fiu. ff. & C. de quæſt.

4 Amplia Secundò † ut procedat, etiã ſi ex ea tortura ſederetur populi ſcandalum, Nam ẽt ob bonum publicum aliquem torqueri non licet glo.in l.decuriones C.de pœn.Carrer. fol. 121. ubi dicit, uidiſſe quandam beſtiam hoc feciſſe.

5 Amplia Tertiò † ut procedat, etiã in crimine læſæ maieſtatis. Nam etiam ſi atrociſſimum ſit, tamen in eo etiam procedi non poterit ad torturam, niſi indiciis præcedentib. Capic. dec. 126. nu. 4. glo. l. 1. Bart. & Sali. in l.ſi quis alicui C.ad l.Iul. maieſ. Cepol. conſi. 14. nu. 20. & §. conſtante. & l.1.in princ.nu. 35. de quæſt. Ang.de malefic. uerb. quòd tradidit patriam. in princip. ubi ſupra.

6 Amplia Quartò † ut procedat, etiã ſi iudex ex ſtatuti forma uel aliter liberum arbitrium haberet procedendi, ſola facti ueritate inſpecta. nã non obſtante tali arbitrio iudici cõceſſo torqueri non poterit, nullis iudiciis præcedentibus, aliàs iudex in ſindicatu tenebitur. Cepol. latè d.conſi. 14. num. 20. & l.1.in princ, num. 36. de quæſtio. & Bald. in ca. 1. de offic. ordin. Par. de ſindi. fol. 314. & 323. Gram. conſi. 64. colu. 2. & 3. noto. 30. num. 21. Gandi. de quæſtio. & tormen. nu. 41. Ferrat. cautel. 14. Paul. Eleaz. in cap. grauis de pœn. quẽ refert & ſequitur Alex. conſi. 66. in princ. habita ſuper contentis, uerſ. uidetur ergo contra bonos mores. uol. 7.

Amplia Quintò, ut non ſolum ſine indiciis tortura inferri non poſſit, ſed & alia requirantur, ſine quibus etiã tortura minimè inferri poterit, cũ de ſubſtantia torturæ ſit, ut præcedant legitima indicia.

7 Amplia Sextò, etiam ſi † aſſaſſinus ĩ crimine proditorio patriæ. Nã etiam in eo tortura inferri non poſſet, niſi indiciis præcedentibus & aliis præſumptionib. ut eſt text. cũ gloſ. Cin. Bald. & Salic. l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maieſ. Ange. de malefic. uerbo, quòd tradidiſti patriã. in princ.

8 Amplia Septimò † ut procedat, nõ ſolum quando tortura eſſet magna ſed etiam ſi eſſet parua. puta, ſi quis eſſet parum eleuatus ſuper terram, puta per quatuor palmos, Nã & ta

lis taliter ſine indiciis torqueri non poterit, & ſi tortus fuerit & cõfiteatur, talis confeſſio ſibi non præiudicabit, & iudex taliter faciens priuatur ſecundum Gram. conſi. 14. fol. 3. & 4.

Requiſita ad hoc, ut tortura inferri poſſit.

9 Primò.n.requiritur, quòd † iudici conſtet delictum eſſe commiſſum, aliàs non poterit procedere ad torturam, ut uoluit. Hipp. l. 1. in prin. num. 5. de quæſtio. Ang. de malefi. uerbo fama publica. uerſ. tamen iudex. & ſi aliter iudex faceret in præiudicium, teneretur poſtea. Bald. in addi. ad Spec. in tit. de ſenten. col. 13. in fin.

Secundò requiritur ut † indicia ſolem
10 niter recepta interuenerint, & procedat parte citata ad uidendium deferri teſtibus iuramentum, aliàs tales teſtes in nihilo ei præiudicabũt ut dicam in fine regulæ. Hippol. ubi ſupra num. 67. Salic. in l. fina. in fine. C. de quæſtio. Bald. in l. iubemus. uerſic. Item dici. C. de bonis uacan. lib. 10. Inno. in c. per inquiſitionem, de elec. Abb. in c. bonæ. el 1. de elect.

11 Tertiò requiritur, quòd detur copia indiciorum cùm termino competenti ad illa purganda. ſecundum Ang. de malefi. uerb. fama publica uerſ. & bene nota, uerſ. Item aduertas, quòd non ſufficit, Bart. in l. ſi. de quæſtio. ubi ſupra. nu. 8. & hoc caſu etiam non proceditur ad torturam, niſi prius per iudicem pronuntietur ad torturam deueniendum eſſe. Hippol. ubi ſupra.

12 Quartò requiritur, quòd † non ſint aliæ probationes, niſi ipſa tortura, aliàs ſi aliæ probationes adeſſent, non poſſet iudex ad torturam aliter deuenire. Gandi. de quæſtio. & tormen. in prin. Ang. de malefi. uerbo fama publica, uerſic. 6. quæro. Hippol. ubi ſupra. num. 10. uide ſupra, & hæc eſt communis opinio, licet Bald. in hoc diſcrepauerit, ut per Hippol. ubi ſupra nu. 11.

13 Quintò requiritur † ut accuſator petat & requirat à iudice, ut ipſe iudex ponat reum ad torturam, loquen. in accuſatione, ſecus in inquiſitione. Bald. in c. 1. §. iudices. de pace iuram. firm. Hippol. ubi ſupra, nume. 13.

14 Sextò requiritur, quòd † lis ſit conteſtata, & quòd nomen rei ſit receptum inter reos. Bart. in l. ſi adulteriũ in prin. de adult. Hippol. ubi ſupra: num. 14. Dicitur autem tũc nomen rei receptum inter reos, quã do accuſatio de aliquo delicto facta eſſet, & cõtra eam oppoſitæ ſint dilationes & exceptiones. puta, ꝙ accuſatio non procedat, uel quòd iudex non eſt competens, uel quid
15 ſimile ſup iſtis diſputetur, Et † Poſt quam iudex pronuntiauit, procedẽdum eſſe in dicta accuſatione non obſtante exceptione, per talem accuſationem dicitur nomen rei receptum inter reos. Bart. in l. 1. is qui

reum

reum.de pub.iudi. Hippol.ubi ſupra.nu.15.

16 Septimò requiritur,quòd † iudex examinauerit teſtes ſuper indiciis, nec ſufficit quòd eos examinari faciat per notarium uel alium, aliàs ad torturam procedere non poteſt, niſi iudex ex cauſa illud fecerit. Hippol.ubi ſupra.num.16. colligitur ex tex.in clem.1. de offic. deleg. ubi Bald.in rub.de controuerſ.Spec cul. de teſti.§.1.uerſ. Item quòd eſt de crimine.glo.Bald.Paul. de Caſt. & alii l.hac conſultiſſima.§.fi. uerſ. depoſitiones.C.de teſtib.

17 Octauò requiritur, quòd † ſi reus minor ſit,quòd iudex det ſibi curatorem, aliàs proceſſus nullus eſt. Ang.in uerbo.comparent dicti inquiſiti & confitentur totum.uerſic. necnon ſit benę cautus.ubi ſubdir, quòd ſi minor confiteatur etiã ſpõte ſine curatore, quòd talis confeſſio ei non noceret. Imò plus, ſi minor diceret ſine curatore iudici, nõ torqueatis me domine iudex, quia omnia confiteor,& iuro non uenire contra, quia talis confeſſio hoc modo facta,etiam cum tali iuramẽto, non præiudicabit ipſi minori. Hippol.ubi ſupra.num.17.Salic.in l.2.C.de confe. ubi Bald.uerſic.ſed pone.Iacob.de Butr.auth.ſacramẽta puberum.C.ſi adue.uendi.Albe. de Roſa. in 4. part. ſtatutor. q.32. Bald.in cap.1. §. Item ſacramenta. de pace iuram. firman. uerſi. modo quæro.

18 Nonò requiritur † ſi caſus acciderit de torquenda muliere,quòd omnia prædicta præcedant,& maximè ſi minor ſit, & ultra prædicta etiam requiritur, ut ſi ſit prægnans expectetur donec pepererit, & requiritur etiam ut tranſacti ſint illi 40. dies, in quibus moleſtantur ex partu.Bart.in l.prægnan.de pæn.Hippol.ubi ſupra.nu.19.

His ergo ſuppoſitis interuenientibus, iudex ſecurè poterit ad torturam ꝓcedere ſcđm ſufficientiam & urgentiam indiciorum, quæ iudicantis arbitrio relinquuntur. Sed ſi prædicta non procedant, iudex ad torturam peruenire minimè poterit.Ra-

19 tio eſt † quia de facto procedenti reſiſti poſſet ſine metu pœnæ,ut late per Hippol.d.l.1.in princ.num. 25.de quæſt. Gram.uo.32.nu. 14. Etiam Vltra puniri deberet iudex pœnis, de quibus per Franc.Brun.fol. 143.Gramat.uoto.14.colu.penul. & fin.Hippol.l.1.§.præterea.num. 8.ff. de ſicar.fol.25. Ferra.cautela. 14. niſi cautelam ſuper hoc iudex adhibuerit.

20 Erit † igitur cautela iudici, ut in ſindicatu non teneatur de tortura abſque indiciis illata, in relaxatione torti,ipſum blandis uerbis inducat,aut alio modo ad confitendum quòd legitimè fuerit tortus, & faciat quòd aliquis notarius ſit de tali confeſſione rogatus. Nam hoc modo nõ tenebitur in ſindicatu. Brun. de indi.in q.5.prin.in fine.Catal.de ſindicatu, circa principium.Ferra. cautela 14.Ange. in l. iniuriam. §.

ſi quis de cætero.de iniur.ubi dicit
uidiſſe hoc de facto practicari
in illa cauſa & obtineri. ſimiliter ſi
21 quis iniuſtè aliquem incarcerari ſe
cerit,notet cautelam, ut in ſindi-
catu non teneatur,quæ talis eſt.Nã
antequam relaxet illum carceratũ,
faciat iudex,quòd præſtet fideiuſſo
res de ſe repræſentando toties quo-
22 ties fuerit requiſitus,quia† per talẽ
præſtationem fideiuſſionis,uidetur
approbare capturam & confiteri
fuiſſe legitimè captum . Ita uoluit
Thom. Fer.in cautel. 14.colu.2.&
Amod. in tract. de ſindi. circa finẽ
.uerſi. poſtremò dicendum. Bart.in
ſua diſputatione,incipit.Lapus fuit
captus.Caccialup.in ſua trac.de de
bit.ſuſpect.in penul.q.

X. Requiritur, ut ad† ſint indicia et
23 ſint certa, ideſt probata ſaltem per
duos teſtes.Item, quòd ſint uerisi-
milia,& quòd probabiliter concur-
dant quæ omnia ſi non interuene-
rint, tortura inferri nõ poterit.Bal.
conſi.513.uolu.5.Gram.conſi.991
in princ.Bal.conſi. 259.incip. uer
ba inquiſitionis. colu.1. ad finem
libr.1.

Si quis ergo timuerit ad torturam po-
ni nullis indiciis præcedentib. uel
propter iudicis ignorãtiam,uel cru
delitatem,diſcat cautelam ad tortu
ram euadendam, quòd antequam
torqueatur poſt iudicis commina-
24 tionem appellet † quo facto confeſ
ſio poſtea ſecuta erit ipſo iure nul-
la,neque in hoc articulo erit opus,
ut ſuperior inhibeat, quia pericu-
lum eſt in mora.& ideo, quòd con-
feſſio facta in tormentis & poſtea
ratificata non ualeat, cautela erit,
ut prius appelles antequam pona-
ris ad torturam.Tene menti.Ita no
tabiliter uoluit Ferrat. in ſuis cau-
telis cautela.239.

Prædictam autem regulam multis mo
dis limita.Et limita primò non pro
25 cedere † quando ſtatutum,uel bã-
nũ, uel conſtõnes permitterent, ꝙ
bannitus ꝑ contumaciã de aliquo
delicto,poſſit comparere, ſi ſuã cõ
maciã purgare deſideret;poterit po
ni ad torturam, et interrogari de de
licto, de quo bannitus fuerat, etiam
nullis aliis indiciis præcedentibus.
Nicolaus de Mata.& Bald.in l.) C.
de hered.inſti.Hippo.in l.j.in prin.
num.3.de quæſtio. & l.penul.in fi.
eod.tit.& ſing.112.Brun. de ſindi.
& tortura.uerſ.5. principaliter quę
ritur. nume.7. Gramat. conſil. 12.
nu. 21. de quo in regu. de bannitis.

Limita Secundò non procedere in mo
dica tortura ut in corpus non de-
bile ſeu infirmum ſed robuſtum:
puta ſi quis per ... lices uel quatuor pal
mos à terra eleuatus fuerit, & incõ
tinenti in terram poſitus cum modi
26 ca tortura, cum † modicè tortus
non dicatur tortus.Grama.dec.54.
55.56. & Paris de ſindicatu uerbo
tortura.c.ex ſola confeſſione.Bald.
in l. obſeruare. C. quando prouo.
27 non eſt neceſſe. Vnde † ſi talis mo-
dicè tortus confiteatur, & in con-
feſſione tali perſeueraſſet, poterit
condemnari, non obſtante ꝙ prius

legiti-

legitima & ſufficientia indicia non præceſſerint, ſecundum Gram. ubi ſupra.

Limita Tertiò non procedere in caſu
28 † quando fuiſſet aliquis deputatus in ciuitate ad eam de noctè cuſtodiendam. Vt ſi fuiſſet quis præfectus uigilũ deputatus, uel plures eſſent ſecundùm magnitudinem ciuitatis, & qui curam habent, ne furta, incendia, ſeu alia maleficia in ciuitate illa committantur, tunc ſi alicui furtum domi uel apotecæ factum fuerit, poterit tũc talis cuſtos torqueri, nullis aliis indiciis præcedentibus. Bart. in l. 1. in princ. ff. de offi. præfect. uigil.

29 Limita Quartò nõ pcedere † quando aliquod ſubtractũ fuerit in caupona hoſpitantibus in ea. Nam hoc caſu familia hoſpitis & alii, qui in domo erant torqueri poſſunt. Bart. in l. 1. in fine ff. de furt. Brun. de indi. & tortura. uerſ. circa tertium. num. 3: Ang. de maleſi. uerbo fama publica. uerſ. 11. quæro. Et ratio huius eſt, quia præſumptio eſt contra hoſpites, quòd ſint malæ conditionis, uitæ & famæ. Vnde debemus conſiderare conditionem hoſpitis & conditionem illius, qui hoſpitatur, ſi pauper eſſet, ſi diues mercator, ſi mariolus. Nam ſi hoſpitem reperirem bonæ famæ & conditionis, diuitem & hominem probum, ceſſabit illa præſumptio. Bal. ſupra relatus in l. 1. C. de locato. quia per hanc probationem tolleretur illa generalis præſumptio, quæ contra hoſpites reperitur, & à iure reprobatur. Aug. de Arim. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo fama publica. uerſ. 11. quæro. Bal. in l. 1. §. fin. ff. ſi aduerſus naut. caupo. & ſtabu. præſumptio autem illa contra Bal. ſola remanebit & locum habebit contra hoſpitem, quãdo dubitabatur, an ſit bonæ uel malæ conditionis. Aug. de Arimi. ubi ſupra.

30 Limita quintò non procedere, † quando accuſatus uel inquiſitus nollet reſpondere accuſationi uel inquiſitioni, & præſens foret. Nã tunc torqueri poterit abſque indiciis, non ad eruendam cõfeſſionem quia non præcedant indicia, ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam uel negatiuam. Capic. deciſi. 148. Blan. de indi. & tortura. uerſ. 5. principaliter. num. 4. Bald. in l. ſi accuſationem. col. ult. C. qui accuſar. non poſſ. Paris de ſindic. fol. 344.

31 Limita † Sextò non procedere, in mandatario aſſaſſino. Nam torqueri poteſt abſque aliis indiciis præcedentibus in mandantem, Bald. in l. non ideo minus. col. 1. C. de accuſ. Alex. poſt Bart. in l. repeti. de quæſtio. Hippol. in pract. §. diligenter: uerſic. modo incidenter. & in l. is, qui cum telo. uerſi. pro quibus facit. C. de ſicar. Ang. de maleſi. uerbo & Sempronium mandantem. uerſ. bene nota. Ang. l. & ſi certus. ad ſil. la. Carrer. fol. 293. nu. 17.

32 Limita † Septimò non procedere in ſeruo domini inquiſiti de crimine

gentis ciuitatem, quæ loco princi pis ſit, & hoc modo non poterit an nullari dicta inquiſitio ex eo, quia fama uel indicia non præceſſerint, uel contra inquiſitum laborarunt.

Quod uerum eſt, & ſano modo intelligendum, & aduerte ne erres, ut multi errarunt. Nam debet intelligi dicta limitatio, quando inquiſitio formaretur ſeu emanaret motu proprio ipſius principis, ſecus uerò ſi ad poſtulationẽ alterius, quia tunc ſecus eſſet, & ſi princeps uiueret. Augu. de Arimi. in addi. ad Ange. de malefic. ubi ſupra. Hipp. conſi. 63. num. 9. Item requiritur, ꝙ princeps affirmatiuè dicat. Ad ſuam notitiam perueniſſe, quòd talis deliquerit, aliàs non uideretur ſibi remittere, quòd non debeat præcedere diffamatio ſeu indicia, Hippol. d. conſi. 78. nu. 10.

38 Limita 13.† non procedere quando maritus diceretur occidiſſe uxorem. Nam tunc maritus nullis indiciis præcedentibus torqueri poterit. gloſ. in cap. quæſtionem. 12. q. 2.

39 Limita 14.† non procedere, quando res eſt commiſſa cuſtodiæ alicuius. Nam ſi res illa fuerit furto ſubtracta, poterit tunc talis cuſtos torqueri, ut furem indicet ſine aliis indiciis, & non tenebitur iudex per hoc in ſindicatu de tali tortura illata Angel. de maleficiis uerbo, et ueſtem celeſtem. uerſic. & etiam ſi iudex.

40 Pro complemento huius articuli ſciaś, quòd in delictis enormibus. Puta in aliqua notabili falſificatione, homicidio, ueneno, aut exceptuatis, ſi indicia ſufficientia nõ aſſiſtant, ut ſi eſſet urgens ſuſpicio cõtra aliquem, debet iudex à Principe impetrare, ut cum illis ſuſpicionibus poſſit illum torquere, licet hoc rarò princeps concedat. Paris de Puteo de ſindic. fol. 314. num. 8.

41 Item ſcias, quòd † in omnibus delictis, quæ ſecretò fiunt, iudex debet eſſe promptus ad torturam & quandoque ad condemnationem. Vt puta in adulterio, uenerationе, falſificatione monetarum, & ſimilium, & hoc propter probationis difficultatem, propter quam de ferẽ. probationes per coniecturas ſufficiunt. Gram. conſi. 17. num. 4. Ang. l. fin. C. de proba. Guid. de Suza. de indi. & tortura. uerſic. circa hanc materiam. num. 38. Barto. in l. ſi quis ex argentariis. C. de eden. Bal. in l. nemo. C. de epiſcop. audien.

42 Vltimò nota, quòd † ea die, qua iudex reum torqueri intendit, non faciat ſibi dare comedere aut bibere ad minus per 9. aut 10. horas ante, ne ſtomachus euomeret, Hippol. in l. 1. in princip. nume. 55. de quæſtio.

Contraria.

Contrarium tenet Fran. Bru. de indi. q. 7.

26 *Præſumptiones tales tanquàm eui dentes ſufficerent ad condemnādū in cauſa ciuili.*

Iudex an & quando poſſit aliquem condemnare in criminalibus.

1 Dicas, iudicem† in criminalibus non poſſe aliquem condemnare, niſi adſint probationes luce meridiana clariores. l. ſciant cūcti. C. de proba. Ang. de maleſi. uerbo comparuerunt inquiſiti & totum negauerunt. in prin. Brun. de indi. & tortura. uerſ. circa quartum. nume. 7. Soci. conſi. 8. colum. 2. uol. 1. Ioann. de Imol. conſi. 137. Nouel. in pract. fol. 54. Mil. in practi. fol. 146. num. 56. Paul. dic. conſil. 273. in prin. uol. 1. Oldrad. conſil. 291. uerſ. propterea opponendo. Hippol. in pract. §. diligenter. Ioā. de Ana. conſ. 59. Alex. in conſi. 15. nu. 7. uol. 2.

2 Amplia†ut procedat etiam, ſi tales præſumptiones eſſent probabiles & euidentes. Nam ex eis quis condemnandus non eſt. per not. in c. literas. de præſumpt. & latè per Io. de Ana. conſ. 59.

Prædictam autem regulam limita
3 multis modis. Et primò limita† nō procedere in adulterio, quoniam in eo clara probatio haberi nō poterit, cum occultè fiat, & ideo ex præſumptionibus præparatoriis ſe qui poterit condemnatio. Nam de oſculatione, tractatu, apparatu, & conuiuiis & aliis ſimilibus adulterium rectè probabitur, ut eſt gloſ. in l. quod cum lex. uerbo adulterium. ubi Bar. de adulter. & idem Bar. in l. 2. in fine & l. capite quinto. eo. titu. & Docto. in c. præterea. de teſtibus Bart. in l. fina. de furt. Blan. in l. fin. num. 69. de quæſtio. Corn. conſi. 171. colum. 2. Ioann. de Venafro conſi. 106. Soci. præceptor conſi. 32. colum. 2. uolum. 1. Vnde ſi quis talia faciens fuerit in rebus uenereis inuentus maximè dicitur probatum. gloſ. in d. l. quod ait lex. Bartol. in d. l. capite quinto.

Quod uerum eſt, quando quis prædicta faciens licet inhoneſta loco ſecreto domus faceret, & ideo inuentus fuiſſet. Brun. de indi. & tortu. uerſ. circa quartum. num. 78. Ioann. Mil. in practic. fol. 14. nume. 48.

4 Limita ſecundò† non procedere in meretricio probando. Nam ad probandam quandam meretricem ſufficiunt coniecturæ, circunſtantiæ & præſumptiones, licet actum ſeu factum non probetur. Puta ſi probatum fuiſſet ſcholares paſſim intraſſe in domum ipſius de die uel de nocte. Iaco. But. in l. neque natales. C. de prob.

5 Limita tertiò non procedere † quādo præſumptiones & indicia eſſent uiolenta. Nam tunc ex eis poteſt condemnatio ſequi. Ioann. de

Imol. c.afferte. de præſumpt. Ant. de Butr.& Abb.in ca. tertio loco. de probat.Grama.deciſio.42.uoſ. 21.num.10.Ang.de malefi.uerbo & comparuerunt dicti inquiſiti & negarunt.in prin.Hip.in rub.C.de proba.num.230.conſi.8. colu. 2. Abb.in c.auditis.de præſcrip. Violenta autem præſumptio idem importat, quòd indubitatum indicium,Hippol.in rubr.C.de proba. nu.230.

7 Limita quartò † non procedere in officiali tempore ſindicatus fugiente de loco ubi officium exercuerat. Nam in tali caſu ex ſolis præſumptionibus condemnabitur de omnibus querelis, quæ contra ipſum porrectæ fuerunt.ut Saly.l.1. C. ut omnes cauſæ tam ciuiles q̃ criminales.Fran.Brun. de indic. 5. car.Hippol.C.de proba. in rubri. num.235.

8 Limita quintò † in furto. Nam ibi probatio per cõiecturas rectè fiet. Puta ſi probaretur, quòd oſtiũ fuit ruptum, & in domo Titii reperta fuerunt inſtrumenta apta ad rumpendum domum, probatum fuit Titium eſſe malæ conditionis in genere furti,& quòd in domo illa frequentabat ire,uel ſi domino furtum factum fuiſſet, & à domo famulus auſugiat. Alex.conſi.24.nume.6.uol.2.conſi.69.in prin.eod. uolum.Hippol.in rubr.C. de proba.num.36.Angel.de malefi. uerbo fama publica. uerſi. in fuga. &

9 †tali caſu probatio per coniecturas dicetur probatio manifeſta. Alexand. dict. conſi.24.& dict. conſi.69.

10 Limita ſextò non procedere, † quando officialis manifeſtè aliquẽ torſiſſet, & querelatus de hoc negaſſet. Nam ad ipſum conuincendum de tortura illata ſufficit probatio per indicia & coniecturas. Vnde ſufficit auditam fuiſſe ipſius rei uociferationem.Et hoc eſt,

11 quia† tortura ut plurimum ſecretè in camera, uel alio loco infertur. Ita quòd de uiſu probari non poteſt.Alex.conſi.24. num. 47. uol. 2. Bald. in auth. quas actiones. in fin.C.de ſacroſ.eccle.& in l.ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cleric.

12 Limita ſeptimò † non procedere in delictis de nocte commiſſis, nã in eis ſufficit fama cum aliquibus aliis indiciis, quia in huiuſmodi difficilis probatio eſt,& per conſequens delictum taliter de nocte cõmiſſum ad unguem probari non oportebit. Alex.conſ.24.num. 82. colum.2.& conſi.4.num.56. uol. 6.gloſſ.in l.ſi enim.de exceptione. §.in actione.uerſ. ignorantiam. Soci.præceptor conſil. 32. colum. 2. uolum.2.Bologni.conſi.39. uolu. 5.Cyn. in l.ſi quidem.C. ſolu.matrim.Bald. conſil. 152. uolum. 1. gloſſ.In l.2.§.2. de excuſatio.tuto: Grama.conſi,1.num.21. & conſil. 17.col.3.Alexan. conſi. 53. uolu. 2.Hippol.in l.de minore. §. plurimum.num.74. cum ſequent. de quæſtio.

quæſtio. Alex. conſ. 166. in princ. uol. 5.

13 Limita octauò † non procedere in fraudibus, quæ occultè fiunt, & in quibus probatio difficilis eſt. Nam & in his præſumptiones, & indicia ſufficiunt ad condemnandum, Alexan. in conſ. 69. uolum. 2.

14 Limita Nonò, quando † aliquis occiſus fuerit in magna hominum multitudine & neſciretur à quo. Nam tunc cum difficile ſit inuenire occiſorem, iudex per coniecturas & præſumptiones procedet, & ſecundum illas iudicabit. Nam uidere poterit in aliquibus illorũ capitulis, inimicus occiſi, uel quis fuerit rixæ inceptor, quis arma habeat ſimilia, uel apta ad menſuram illorum uulnerum, quis magis rixoſus, quis ſolitus ſimilia committere. Et ut in tali caſu ueritas pateat, admittenda eſt probatio per coniecturas & præſumptiones, quæ tali caſu pro liquidiſſimis probationibus habentur. Cin. latè in l. ſi quidẽ C. ſolu. matri. & Alexand. conſi. 4. lib. 6.

15 Limita 10. quando † contra inquiſitum indubitata eſſent iudicia. Vnde ſi ex loco unum tantum exitum habente exire aliquis uiſus fuerit cum gladio euaginato, & ibi aliquis uulneratus ſeu interfectus reperiatur: tunc talis poterit condemnari. Socin. conſil. 8. columm. 2. uolum. 1.

Limita 11 non procedere in crimine 16 ſodomiæ & ſimoniæ, cum in eo ſilere faciat, & in eo difficilimum ſit probationes claras habere, admittitur probatio per cõiecturas, & probationes. Corn. in conſi. 171. uolu. 2. Ioan. de Anan. conſi. 106. Socin. præceptor conſil. 32. colum. 2. uolum. 2.

17 Limita 12. non procedere in ſecretis tractatibus & conſiliis propter probationis difficultatem, ob quã non ſolum ad torturam ſed ad condemnationem & abſolutionem poſſimus deuenire, ex ſolis indiciis & præſumptionibus, ſi ſunt con. quòd uix denegari ſufficiunt. Bal. in l. quicunque. col. penul. C. de ſeru. fugit. Catal. de ſindi. uerſ. 406. incipit. adde, quòd alibi dicit Bald. Hippo. in pract. in princ. nume. 16. & Franc. Curt. conſi. ex indi. ſuper proceſſu carere. fo. 72. Et ratio eſt, quia cum clandeſtina hæc ſint, clarè probari non poſſunt. Vndecunque in his ueritas haberi poſſet ſi iuris regulã ſequeremur. & in eo, in tali caſu ꝑbatio difficilis ſit, admittetur probatio per coniecturas. ut habetur in c. præterea, de teſtib. Feder. de Senis. conſi. 219. incipit, nulli dubium. l. cum ea. C. de tranſactio. & Alex. cõſi. 143. incipit. Viſo themate. uol. 6. & Hippol. de Marſil. in ſua pract. in princ. nu. 13.

Et tali caſu dicta probatio per coniecturas dicitur euidens. Vnde illud dicitur tali caſu euidenter apparere, quod apparet per coniecturas. Hippol. ubi ſupra, Ioan. de Anania

conſi. 40. incipit dubium, de quo quæritur. Abb. in ca. licet cauſam. uerſi. not. 11. de proba. Roma. conſ. 271. incipit. uerſi. gloſ. in c. quoniã frequenter. §. ſin autem, in uerbo p̃ſumitur. ut lit. non conteſt. & Hippolit. in rubri. C. de proba. nume. 232.

18 Limita † 13. non procedere in omnibus delictis, quæ occultè fiunt. Nã in his ſolæ coniecturatæ probationes ad probandum ſufficiunt. Anto. de Butr. & alii in cap. 3. loco. de proba. Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. de edend. Blanc. in l. fin. num. 69 in princ. eod. tit. Carrer. fol. 72. & conſil. 106. Socin. præceptor conſi. 32. colum. 2. uolum. 2.

19 Limita ultimò † non procedere in delictis, in quibus difficilis probatio eſt. Nam in his ex pluribus indi. iis, præſumptionibus ſeu coniecturis per ueram & plenam probationem ſequi poterit condemnatio. unde in his probatio famæ cum aliquibus adminiculis plenam probationem facit, ut habetur in capit. præterea. de teſtib. Feder. de Sen. dicto conſi. 123. nulli dubium. Bart. in l. in illa ſtipulatione. col. 5. in fin. ff. de uerb. oblig. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu. 3. & 4. de nou. op. nunc. contra Bald. in auth. quas actiones. ad fi. C. de ſacro. eccl. Alex. conſi. 57. uolu. 2. & conſi. 24. num. 5. eod. uol. Hippol. in ru. C. de proba. num. 315. Archid. in c. inter memoratos. 16. q. 3. Cin. in l. ſi quidem. C. ſolu. matri. Ioan. de Imol. in ca. ueniens. de uerb. ſigni. Specu. de fur. uerſ. penul. Ioannes Andr. in addit. ad Specul. de appell. §. nunc breuiter. uer. quid ergo. Ang. in l. fi. de feriis, Salic. in l. 1. C. de dilat. Alexan. conſi. 69. nu. 8. uol. 2. & conſi. 4. num. 56. uol. 6. Carrer. fol. 22. Et ratio eſt, quia ex talibus lex contentatur ex probationibus, quæ haberi poſſunt, quamuis plenæ non ſint, Fed. de Sen. conſi. 123. nulli dubiũ Inno. Hoſti. in capi. ſuper eo. quod met. ca. Alex. d. conſi. 24. nume. 16. uolum. 2.

20 Aduertendum autem, quòd † quãuis in omnibus ſupradictis limitationibus & aliis à iure receptis iudex non poſſit aliquem ex præſumptionibus condemnare ad mortem uel in corpus ſed tantum pecuniariter, Imol. in l. fi. de hæred. inſti. Bal. in l. fi. C. de probat. Aug. de Arim. in addi. ad Ang. de malefi. uerbo fama publica. uerſi. quæro an Vnum indicium. & Paris fol. 300. Alexan. conſi. 115. in fi. uol. 3. Bertran. conſi. 341. uol. 1. Roma. in l. 1. §. ſi quis in uilla. in fi. ad ſillan. Cepol. conſi. 34. num. 39. Carrer. fol. 72. & fol. 299. Imol. in ca. quia uериſimile. de præſumpt. Bald. in l. non eſt ueriſimile. quod met. cauſ. Grama. uoto. 21. nu. 8. & deciſ. 56. num. 21. 22. Hippol. in l. 1. §. Diuus Adrianus. nu. 79. de ſicar. & in rub. C. de proba. nu. 241. Alexan. conſi. 2. col. 1. uolum. 7.

21 Amplia hoc † ut procedat non ſolum,

lum, ut non poſſit corporaliter condẽnari, ſed etiam ſi pœna pecuniaria eſſet non poterit uera pœna delicti illius condemnari, ſed mitiori. Paul.de Caſtr.conſi.192.uolum.2. Gramat.deciſ.42.num.14. Inno.in ca.quia non uerifimile. de pręſumptio. quod dictum pro notabili ſequuntur & referunt Doct.in capit. afferte, de præſump. Bald.in l.non eſt uerifimile quod met.cau.c. fin. de foro comp. Abb.in cap.auditis. de præſump. Hippol.l. fi.ſuus. nu. 57.C.de ſicar. & in rub. C.de proba.num. 241. Bald.in fi.in l.fin. de proba.Gram.uoto. 21.nu.10.

22 Amplia † ut procedat etiam ſi dictæ præſumptiones eſſent uiolentiſſimæ,& urgẽtiſſimæ, adeo quòd in mente iudicis reſtat, quòd aliquid aliud credere non poteſt.Hippol.in rub. C.de proba.num. 221. Gramat. deciſ.42. Inn.d.cap. quia uerifimile, Specul. Ioan. Andr. de præſump.§. fin.in uerſi. in ſumma. Gandi.de præſumpt. & indi. indubi. & in tit. de homicid. & eorum pœnis.uerſi. quòd ſi plures perſuaſerint unum. Alex.conſi.106.uolu. 3. Bald.in l.eius.§. fin.de teſti. ubi Aret. uerſicu.3.dicit. Barba.conſi. 62.uerſ. & quidem,Bal.uol.1. Carrer.fol.290.nu.51.

23 Amplia Tertiò,ut † procedat etiã ſi contra aliquem plura indicia reperirentur,& tanta, quæ ad condẽnationem ſufficerent. Nam nihilominus eorum numerus ad corporalem pœnam imponendam non ſufficit,neque etiam ſufficeret ad uerã ſeu ordinariam pœnam delicti imponendam ſed mitiorem. Paul.d. conſi.192.uol.2. Grama.deciſ.42. nume.14.

24 Quod † autem dixi imponi non poſſe pœnam corporalem, cum ex præſumptionibus quis damnatur, limita multis modis.

Primò limita non procedere, quando iudex ferret ſuam ſententiam per quandam præſumptionem, quam lex expreſsè approbat in criminalibus,Ita Marſil.ſingul.115. Aug.de Arimi.ubi ſupra.nu.25.

Limita Secundò,niſi ageret puniendo aliquem particularem pœna leui corporali, puta fuſtigatione, ut eſt tex.in l.3.uerſ.quæritur plerunque de off. præfect. urb.ubi dicitur, ꝙ ex culpa præſumpta. Namque incendium præſumitur culpa inhabitantium,poteſt quis fuſtigari.

Limita Tertiò in caſu grauiſſimi delicti, puta in caſu cap. pro humani. de homicid.Aug.de Arimi. ubi ſupra.nu. 526.

Limita Quartò, niſi iudex moueret ſe ex pręſumptionibus uiolentiſſimis. Inno.in c.afferte.de pręſump. Ant. Abb.in ca.tertio loco.de proba.Ange.ubi ſupra.

Nota circa hanc regulam , quòd 25 † quotieſcunque crimen non eſt liquidò probatũ, ſemper licet iudici pœnam minuere,Paris de ſindi.uerbo compoſ.fol.96.Gram.deciſ.42. circa fin. ubi allegat c. circuncisiones.23.q.5. & c.innocens.23.q.4.

Item nota, quòd quando iudex procedit in criminalibus ex præſumptionibus, quòd † tales præſumptiones tanquam euidentes ſufficerent ad condemnandum in cauſa ciuili. Tamen à pœnis criminalib. iudex deberet ſe continere, & non ita de facili ad condemnandum procedere & ſi condemnet, debet modicè condemnare, & ſuam ſententiam temperare. Bal. in conſi. 664. uol. 3. Alexan. conſi. 15. col. 2. uol. 1. Hoſti. In no. c. quia uerisimile, de præſump. & Bald. in l. fina. col. ult. de proba. Abb. in ca. 2. de præſumpt. Ant. de Butr. c. quanto. de præſump. Rom. in l. 1. §. ſi quis in uilla. ad ſilla. Cepol. conſ. 24. nu. 39.

26

Contraria.

Contrarium tenet Imol. c. afferte. de præſumptionib.

Regula XII. de captura rei.

SVMMARIVM.

1 *Capi nemo debet, niſi prius conſtet de delicto directè uel indirectè. num. 2.*

3 *Indicia ſaltem qualia in inquiſitione requiri ad capturam.*

4 *Suſpicio ſufficit.*

5 *Diffamatio capiendi ſubeſſe debet.*

6 *Indicia debent præcedere capturam in crimine læſæ maieſtatis.*

7 *Captura ex aliquali informatione conceditur, ubi delictum habet pœnam corporalem.*

8 *Captura permittitur, reo ad fugã ſe parante.*

9 *Fugitiuus & uagabundus capi poteſt, antequàm conſtet de crimine.*

10 *Iniuria æſtimabitur iuramento iniuriati prauia iudicis taxatione.*

11 *Cautela, ne iudex teneatur in ſindicatu pro indebita carceratione.*

12 *Capi an quis poſſit in eccleſia.*

13 *Iudæus eccleſiæ priuilegio gaudet ſi ad eam confugiat.*

14 *Eccleſia interdicta retinet priuilegium in fauorem eorum, qui ad eccleſiam confugiunt.*

15 *Eccleſiæ clauſtrum gaudet eodem priuilegio, quo eccleſia.*

16 *Eccleſia maior habet priuilegium per 50. paſſus circumcirca, minor uerò per 30.*

17 *Immunitas eccleſiaſtica intelligitur in quocunque delicto.*

18 *Eccleſia dicitur domus clericorum.*

19 *Captus extra eccleſiam, et tranſiens per eam, ſi recuſet exire, poteſt inuitus extrahi.*

20 *Fugiens à familia & intrans eccleſiam perſecutus poteſt inuitus extrahi.*

21 *Relinquens in eccleſia poteſt ab ea extrahi & capi.*

22 *Latro publicus poteſt in eccleſia capi.*

Homi-

23 *Homicidæ non poſſunt eccleſiæ immunitate potiri.*

24 *Adulteri capi poſſunt in eccleſia.*

25 *Raptores uirginum capi poſſunt in eccleſia.*

26 *Ciuilibus in cauſis quando liceat aliquem de eccleſia extrahere, remiſſiuè.*

27 *Delinquens in uno territorio capi non poteſt in alieno per birruarios loci delicti & captus relaxari debet, etiam ſi birruarii cœpiſſent illum inſequi in loco delicti.*

28 *Defendens ſe armis contra familiam, an & quando poſſit impune offendi.*

29 *Mulieres capi & carcerari regulariter in criminalibus non poſſunt. Fallit in crimine grauiſſimo. nu. 30. & procedit in mulieribus honeſtis. nu. 31.*

32 *Capi regulariter ſine mandato iudicis nemo poteſt. Fallit in crimine notorio. nu. 33. Item in fabricante falſam monetam. num. 34. Item in fure. nu. 35. Item in reperto in fragrante crimine. nume. 37.*

36 *Res furto ſubtractæ in domo aliena poſſunt perquiri.*

Iudex, an & quando & contra quos, & an ubique ad reorum capturam poſſit peruenire.

1 Dicas † regulariter iudicē ad reorum capturam peruenire non poſſe in criminalibus, niſi prius & ante omnia de corpore ipſius delicti iudici conſtiterit. Grama. conſi. 15. colum. 1. & conſi. 30. ubi dicit, quòd capi quis pro falſitate nō poſſit, niſi habita prius informatione de prætenſa falſitate, & ſi quod appareat prætenſum delictum fuiſſe commiſſum. Bald. in l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cau. Ioan. And. in c. ſi clericus. de ſentent. excommuni. tex. eſt not. in l. j. §. illud autem. ad ſilla. ubi Bartol. Roma. in l. fi. de quæſtio. Hippol. in l. ſi quis. de quæſtio. eo. titu. & in practi. §. principium. colum. 34. Ang. de maleſ. uerbo fama publica. uerſic. an iudex. Et ideo ſi aliquis iudici dixerit. Domine iudex, apoteca eſt fracta, & bona mea ibi exiſtentia ſublata, & quia ego habeo ſuſpicionem in tali, requiro uos ut eum capi faciatis & contra eum procedatis iuris remediis opportunis. Tunc iudex regulariter ad capturam deuenire non poterit, niſi primò mittat notarium & iudici afferat, quòd uidit, & idem ſi factum fuerit homicidium. Nam iudex eodem modo ad domum, ubi cadauer eſt, mittet. Docto. ubi ſupra. Hippol. d. §. principium. columa. 34. Quod uerum
2 eſt, quando † directè & per teſtes probari poterit delictum fuiſſe cōmiſſum, ſecus ſi non directè, ut in

caſu,

caſu,quo aliquis occiditur. Hip-
pol.ait,quòd quidam ſcholares ui
uebant ad tantum pro menſe Bo-
noniæ in domo cuiuſdam, accidit
una die,dum ſcholares iuerunt ad
ſcholas,quòd fuit aperta uni ex eis
camera, & capta pecunia cum cla-
ue adulterina, & capſa & camera
recluſa fuerunt, adeo quòd proba-
ri directè aliquomodo furtum non
poterat, neque ſimiliter de eo ali-
quid conſtare poterat, cum neque
capſa neque camera reperiebatur
fracta. Dicas, quamuis in hoc caſu
conſtare de delicto non poſſit, iu-
dex poterit ad capturam domini
domus peruenire, & ſuccuri hoc
caſu poterit ſcholari,per coniectu-
ras & præſumptiones,uidelicet.Nã
primò probãdum eſt, quòd quàm
primum ſcholaris uidit pecuniam
in ea capſa non extare, conqueſtus
fuit ſtatim cum ſociis & amicis de
tali furto. Item examinari debent
teſtes ſuper bonitate & legalitate il
lius ſcholaris, & ſuper tali bonita-
te & legalitate fieri caput. ſecundũ
Hippol. in pract.in princ.
Secundò principaliter requiritur, ut
3 †indicia aliqua ſubſint, licet leuia.
Nam ſufficiunt talia, quæ ad inqui
rendum requiruntur. Hippolit.in
pract.§. conſtante,in princ. nume.
11.uerſi. redeundo modo. Ruyn.
conſi.7.col.1.uolum.5. Nouel.in
pract.nu.3.ubi dicit, hanc eſſe cõ-
munem,Franc.Brun.de indi.uerſi.
circa.nonum. nume.6. Capic. de-
ciſio.30.

4 Tertiò requiritur † ut ſaltem ali-
qua ſuſpicio ſubſit. Gramat. conſi.
55.col.1. Bald.in l.quod euitandi
C.de cond.ob turp.cauſ.Ioan.An-
dr.in ca.ſi clericus.de ſententia ex-
communi.Capic. deciſ.30.
5 Quartò requiritur, quòd † contra
reum diffamatio præcedat,aliàs iu-
dex ad capturam ipſius peruenire
non poteſt. Ange.de malefi. uerbo
fama publica. uerſi. aduertere au-
tem oportet.
6 Amplia dictam regulam,etiam † ſi
eſſemus in crimine læſæ Maieſtatis
Nam in eo crimine ad alicuius ca-
pturam perueneri non poterit, niſi
indicia præcedant, Hippol.in pra-
cti.§.conſtante.num.2. Bald.in l.ſi
quis alicui. C.ad l.Iul.maieſ.
Prædictam autem regulam multis
7 modis limita. Et primò † qñ pœ-
na corporalis uel corporis afflicti
ua fuerit. Nã tũc iudex ad capturã
poterit puenire habita prius aliqua
li informatione de delicto. Bru.de
de indi.uerſ.circa nonum. num.6.
ubi uult, quòd in tali caſu intelligi
debeat Salic.in l.nullos. C. de exi-
hib.reis. Bald.in l.conſentaneum.
C.quom.& quando iud.ubi uolue
runt ſimpliciter, ad capturam in
criminalibus perueniri poſſe præ-
habita ſolum aliquali informatio-
ne. Quod uerum erit ſecundum
Brun.ut dixi ſupra,quando delicta
eſſent talia, quorum pœna corpo-
ralis uel corporis afflictiua tantum
fuiſſet ſolum, ergo regula locum
habebit,quando uidelicet delicta

erant

erant talia, quorum pœna pecunia
ria tantum erat. Nam tunc omni-
no indicia requiruntur ſaltem talia
quæ ad inquiſitionem ſufficiant.
Brun. ubi ſupra.
8 Limita non procedere † quando
dubium fuiſſet de ipſius fuga, quia
ſarcinullas componeret, uel aliter
ſe ad fugam præpararet, & ſic quan
do periculum eſt in mora. Et tunc
etiam antequam ſibi conſtet de cri
mi ne, poteſt ipſum capi facere &
carce rare. Ang. authen. de defenſ.
ciuita. §. audiant. & d. conſil. 55.
col. 2. Hippol. in pract. §. conſtante
nume. 5.
9 Limita † non procedere in fugiti-
uo & uagabundo. Nam tunc, etiã
antequam ſibi conſtet de crimine,
poteſt ipſum carcerari facere, præ-
habita aliquali informatione illico
ne fugiat. Nouel. fol. 20. nu. 4. Blã.
in l. fi. nu. 8. de quæſtio. quod maxi
mè uerum eſt, quando reus fugeret
per loca inſolita, nam tunc maius
contra ſe etiam erit indicium. No-
uel. ubi ſupra. Ioan. de Platea in l.
2. C. de carcer. pub. lib. 10.
Si autẽ iudex extra hos caſus uel alios
in iure expreſſos aliquem capi &
carcerari fecerit, tenebitur actione
10 iniuriarum † quæ iniuria æſtima-
bitur ipſius iniuriati cum taxatio-
ne iudicis iureiurando, ſe potius
uolu iſſe tantum perdidiſſe, quàm
paſſum fuiſſe illam iniuriam iniu-
ſtæ carcerationis. Thom. Ferra. in
cautel. 14. glo. Bald. l. iniuriarum
æſtim. de Iniur. Socin. conſi. 146.
uiſo proceſſu agitato. colum. ul-
tima
Sed ad euitandum talem pœnam in
11 ſindicatu iudex † notet pulchram
cautelam, uidelicet. ut antequàm
relaxet ipſum carceratum præſtet
fideiuſſorẽ de ſe repræſentando to-
ties quoties fuerit requi ſitus, quia
per talem præſtationem fideiuſſio
nis uidetur approbare capturam,
& confiteri ſe legitimè captum. Fer
rat. cautel. 14. Amod. Iuſti. de Ca-
ſtel. in tract. ſuo ſindicatus, circa fi-
nem. uerſ. Poſtremò dicendum eſt.
Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino de
ſuſpect. & fugitiuis, in penul. q. vbi
bene loquitur.
12 Item quæro principaliter, an † li-
ceat in eccleſia capere pro rebus cri
minalibus. Dicas, regulariter quòd
non c. inter alia. de Immun. eccle.
l. præſente C. de his, qui ad eccl. cõ
fug. Roma. conſi. 226. in princ. un-
de ſi quis contra fecerit & aliquem
ab eccleſia inuitum extraxerit, cri-
mine læſæ Maieſtatis puniri debe-
ret. l. 2. C. de his, qui ad eccl. confu
gi. & Ioan. Mill. in pract. fol. 59.
nume. 14.
13 Amplia † ut procedat, etiam ſi ta-
lis fugiens ad eccleſiam fuiſſet Iu-
deus. Nam & ipſe eccleſiarum pri-
uilegio gaudere debebit. Hippol.
latè. l. unica. num. 111. C. de raptu
uirgi.
14 Amplia Secundò † ut procedat,
etiam ſi eccleſia fuiſſet interdicta,
Nam adhuc priuilegium retinet,
& de ea extrahi quis non poteſt.

Hoſt.in ſumma de Immuni. eccle. §. in quantum. colum.2. uerſi. ſed nunquid hoc priuilegium. Hippo: d.l. unica.nume. 111. C. de raptu uirgin:

15 Amplia † Tertiò ut procedat etiã in clauſtro eccle. Nam de eo quis extrahi non poteſt, ſicut neque de eccleſia, caſus eſt expreſſus. 17.q.4. ca. id conſtituimus. & not. extra de immun.eccl.cap.cum eccleſia. cap.fi.& Rom.d.conſi.226.

16 Amplia † Quartò ut procedat, etiam ſi quis extra eccleſiam maiorem per 50.paſſus,& extra minorẽ per 30.paſſus captus fuerit. Nam eodem priuilegio utitur ille circulus ſicut ipſa eccl.tex.not.17. q.4. cap. ſicut antiquitus. Roman.ubi ſupra.

17 Amplia † Quintò, ut procedat hoc pro quocunque delicto,l.prętor, in fure excep. Roman.d.conſi.226.

Amplia, ut tantò magis uerũ ſit quando delinquens qui moraretur in ec-

18 cleſia, eſſet clericus, quia† eccleſia quodammodo domus ſua eſſe uidetur,& de domo ſua nemo extrahendus. Roma.conſ.234.

Prædictam autẽ regulam multis modis limita.

19 Limita primò nõ procedere † quãdo quis non eſſet captus in eccleſia ſed alibi, & dum per eccleſiam ducebatur nolebat exire. Nam tunc inuitus extrahi poterit, cum tali caſu eccleſiarũ beneficio nõ gaudeat. Oldrad.conſi.54.incipit, an fugiẽs Hippo.in pract.§.ulterius & 6.nu. 4.fol.105.& in l.unica.num.111. C.de rap.uirgi. Archid.in ca.antiquitas. 17.q.4. Et ratio huius eſt, ſecundùm Hippol. ubi ſupra, quia principium fuit licitum, unde illud attendendum.

20 Limita ſecundò non procedere † quando delinquens extra eccleſiã confugerit in eccleſiam, quando officialis illum inſequebatur, & erat poſt terga ſemper currendo, nam tunc ſi ille capi nõ poterit extra eccleſiam, capi poterit intra, & poterit tunc de tali eccleſia extrahi. Hippo.in pract.§.ulterius & ſextò.col. 3.fol.105.& in l.unica.num.111. C.de rapt.uir.tex.eſt in §. ſed neq;. in auth. de mand.princip. Alexan. conſi.24.incipit animaduerte.uol. 2. Nell.in tract.a. banni.in 2.par.2. temporis.q.29.ſtatuto cauetur.

21 Limita tertiò nõ procedere † quãdo quis in eccleſia deliquiſſet. Nã tunc priuilegio eccle. non iuuabitur & capi in ea poterit.c.fi. de Immu.eccleſias. & ca.fi.& ca.ad epiſco. 12. q.4. Hipp.latè d.l. unica. nume.11.

22 Limita † quartò non procedere ĩ publico latrone uel nocturno depopulatore. Nam talis capi in eccleſia poterit. Ioan.Mill.in pract.fol. 4.num.20. & Roma.conſi.226.c. inter alias, ubi gl. uerſ.in fi. publicus latro.de immu.eccl.

23 Limita † quintò non procedere in homicidis. Nam in eccleſia capi poſſunt, & earum priuileg. potiri

non poſſunt. Ioan. Mill. in practi. fol. 39. nu. 14. tex. in §. neque autẽ homicidiis. Auth. dẽ manda. princip.

24 Limita † Sextò non procedere in adulteriis. Nam & hi capi poſſunt. Ioan. Mill. ubi ſupra.

25 Limita † Septimò non procedere in raptoribus uirginum, qui ab eccleſia inuiti extrahũtur. Ioan. Mill. ubi ſupra.

Limita Octauò non procedere in eo, qui per induſtriam proximum ſuũ occideret. Ioann. Mil. fol. 40. numero 19.

Limita Nonò non procedere in eo, qui ſub ſpe Immunitatis eccle. in eccleſia uel cœmiterio eius delique rit. Ioann. Mill. ubi ſupra. numero 21.

Prædicta autem uera ſunt in criminalibus

26 † ſed in ciuilibus, an & quando liceat de eccleſia aliquem capere uel de domo, uide Hippol. d. l. unica. nu. 111. C. de rapt. uirgi. cũ multis ſequen.

27 Quæro † an delinquens in uno territorio poſſit capi per Birruarios loci ubi delinquit in alieno territorio ad quod fugit.

Dicas quòd non, & ſi captus fuerit relaxari debet tãquam captura inualida ſeu iniuſta, ſecundum Docto. ubi ſupra.

Quod uerum eſt etiam, ſi birruarii incœpiſſent proſequi illum in territorio ſuo, ubi deliquit, & ſit in loco licito. Nam ſi delinquens aufugiẽdo captus fuerit poſtea in alieno territorio, ad quod pertranſiuit, tũc dicitur iniuſtè captus, & iudex tenetur illum relaxare, ita notabiliter uoluit Corn. conſi. 159. uol. 2. & Bertran. conſi. 210. uolum. 3. Bald. in l. non eſt uerisimile. quod met. cauſ. Barba. conſi. 16. uolu. 1. Angel. de malefic. uerbo fama publica. uerſic. 6. quæritur, quod procedit & uerum eſt, maximè ſi fuerit requiſitus à iudice, in cuius territorio captus fuit, ut illum remittat. ſecundùm Bald. conſil. 209. uolum. 2.

28 Item quæro, an † ſi officialis mandato iudicis uoluerit aliquem capere, qui ſe armis defendit, & capi nolit, an per hoc liceat officiali illũ impune occidere.

Dicas quòd non, Immo de ſicariis teneretur, quod uerum eſt, niſi ab officiali in mandatis habuerit, uidelicet. quòd ſi non poterit capere, uel ducere, quòd illum interficeret, Angel. de malefi. uerbo fama publica. uerſic. quia præcedentibus. Bald. in ſimili l. addictos. C. de epiſcop. audien. Quod uerum eſt, niſi ille capiendus eſſet ex aliquo capitali delicto, nam ſi tunc capi noluerit, & armis ſe defenderet, & à biruariis occiſus fuerit, nullam pœnam pati debebunt. Iacob. But. in l. 2. C. de his, qui latro. Bologni. conſi. 63.

29 Item quæro, an † mulieres capi & carcerari in criminalibus poſſint.

Dicas quòd non regulariter. l. 2. C. de

offi.diu. iud. & auth.ibi poſita, & auth.nouo.iure. C.de cuſt.reorſ.in quibus cauetur. Nullam mulierē pro pecunia ſeu priuata cauſa aut pro crimine quolibet in carcerem mitti aut intrudi aut cuſtodiri ſed per uicarium ſuum aut quemlibet alium reſpondeat. Mill. fol. 34. numē.10.

Amplia uerum eſſe, maximè ſi fideiuſſorem dederit de ipſam præſentando toties quoties, uel de non diſcedendo. de domo. Mill. ubi ſuprà. Imò ſi fideiuſſorem dare non poterit, & hoc iurauerit, ſtabitur ſuæ iuratoriæ cautioni. de iudicii obſeruatione, ubi ſupra.

Limita prædictam regulam non pro-
30 cedere † quando eſſemus in crimine grauiſſimo, nam tunc ſi de eo accuſatur, uel inquiritur, in monaſterium mittitur, uel mulieribus dari debet, per quas cuſtodiatur. ut in d.auth. Et eſt ratio, ne per huiuſmodi occaſiones inueniantur mulieres circa caſtitatem iniuriatæ. ut in d.§.neceſſarium.in fin. auth. ut
31 nulli iudicum. † Secus uerò in mulieribus meretricibus & inhoneſtis non coniugatis. Nam hæ capi perſonaliter poſſunt. Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Bart.in auth. ut nulli iudic. §.neceſſarium. Ioan. Mil. fol.39. ſi uerò coniugatæ fuerint, capi non poterunt, ubi ſupra.

32 Item quæro † an quis ſine iudicis mandato capi poſſit.

Dicas quòd non regulariter. l. neminem. C.de exhib. reis. Mill. in prac. fol.43.nu.13.

33 Limita primò, † quando reus exhibetur per officiales ad hoc deſtinatos & deputatos, Ioan. Mil. ubi ſupra, & maximè ſi procederetur ſuper notorio omni populo. ubi ſupra. Quod uerum eſt in leuibus delictis, in quibus his officialibus ad hoc deputatis creditur, ſecus uerò in grauioribus delictis. Nam in his non creditur officialibus, ubi ſupra.

34 Limita ſecundò † in falſa moneta. l.j.C.de falſ.monet. Io. Mil. fol.44. nu.14.

35 Limita tertiò non procedere in fure, nam licitum eſt officiali illum ad iudicem ducere ſine ipſius mandato. l. interdum. la 2.§.qui furem. de furt. Mill. ubi ſupra, ubi uult,
36 ob publicam utilitatem res alienas furto ſubtractas in aliena domo perquiri poſſe, ſequitur Bar. in l.requirendi. C.de ſeru. fugi. maximè ſi aliqua ſuperuenerūt indicia, ut ibi eſſe poſſint. Mil. fol. 44.

37 Limita quartò † non procedere, quando delinquens in fraganti crimine reperiretur, quia capi ſine mandato poteſt, & ad iudicem duci per illas perſonas, quarum intereſt. Dum tamen ducatur ad iudicē infra tempus ſtatutum, uidelicet 20. horas nocturnas, ut l. capite quinto. de adulter. Mill. ubi ſupra.

Multos alios caſus, in quibus licitum eſt, quem capi ſine iudicis mandato ui-

to, uide per Mil. fol. 44. cum ſequent.

Contraria.

Contrarium tenet Ang.l.1.§.audient authent.de defenſ. ciuit. Mil. fol. 34.nu.8.

Contrarium tenet Hippol.l.j. in prin. colum.1.de quæſtio. & Salyc. in l. nullus.C.de exhiben.reis.Blan. in l.fi. nu.6.de quæſt.

Contrarium tenet Roma.conſi. 234. gl.c.fi.15.q.4.

Contrarium tenet Aug.de Arimin.in addi.ad Ang.de malef. uerb. fama publi.uerſ.6. quæritur.

Contrarium tenuit Hipp.l.j.in prin. num.62.de ſicariis, ubi multos allegat;idem tenuit Butr. l. 1. C. de his,qui latro.Bolog.conſ. 63.

Regula XIII. de procuratoribus pro reis in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in capitalibus cauſis regulariter non admittitur.*

2 *Ratio huius regulæ multiplex.*

3 *Condemnatus ad carceres non admittitur per procuratorem.*

4 *Delinquens imputatus de delicto habente pœnam relegationis non admittitur per procuratorem.*

5 *Reus imputatus de delicto habente pœnam arbitrariam, quæ poteſt ad corporalem extendi nõ admittitur per procuratorem.*

6 *Procurator non admittitur in delicto habente pœnam fuſtigationis.*

7 *Vniuerſitas in capitalibus per procuratorem non admittitur.*

8 *Procurator non admittitur in delicto capitali, etiam ſi pœna de iure municipali ſit reducibilis ad pecuniam infra certum tempus.*

9 *Procurator in criminalibus & capitalibus iudicijs poteſt ex officio à iudice repelli ad inſtar excommunicati.*

10 *Procurator non admittitur in criminalibus, etiam cum ſatiſdatione rati & iudicatum ſolui.*

11 *Minor non admittitur per procuratorem,etiam ad petendum reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam contra eum latam in criminalibus.*

12 *Procurator non admittitur pro reo etiam ad accuſandum alium de delicto. Fallit in uniuerſitate.*

13 *Procurator non admittitur, etiam ubi de delicto conſtat indirectè.*

14 *Vxor,nec filii admittuntur in criminalibus pro marito uel patre reſpectiuè.*

15 *Coniunctus non admittitur pro coniuncto,etiam pro ſuo intereſſe.*

16 *Procurator admittitur ad allegãdam abſentiam inquiſiti etiam ſine mandato. Intellige ut infra.*

Pro-

17 *Procurator admittitur etiam in capitalibus inquiſitione nulla exiſtente.*

18 *Procurator admittitur aduerſus accuſatorem calumnioſum.*

19 *Procurator admittitur pro inquiſito pro delicto, de quo lex uel ſtatutum prohibet inquiri.*

20 *Procurator admittitur, ubi extat ſtatutum prohibens inquiri poſſe contra plures, quando non ſunt plura uulnera interfecti.*

21 *Procurator admittitur, ubi homicidium eſt permiſſum uigore cōſuetudinis.*

22 *Procurator in cauſa appellationis in quolibet delicto comparere poteſt.*

23 *Procurator pro muliere coniugata admittitur.*

24 *Procurator admittitur pro infirmo uti defenſor non uti procurator. Intelligitur in graui infirmitate, non autem leui. numer. 25.*

26 *Procurator admittitur ad proponendas exceptiones dilatorias & declinatorias contra perſonā iudicis uel accuſatoris. Intellige ut nu. 27.*

28 *Procurator admittitur in probatione notorij.*

29 *Perſonæ illuſtres per procuratorē admittuntur.*

30 *Procurator admittitur etiam in capitalibus ratione incertitudinis.*

31 *Iudex mitiorem pœnam in arbitrarijs eligere debet.*

32 *Pœna mortis ubi debet imponi pro aliquo delicto, ſi ex aliqua cauſa à pœna mortis receditur, tunc pœna corporalis amplius imponi non poteſt.*

33 *Procurator admittitur ſub conditione, ſi appareat uulnus non eſſe lætale.*

34 *Procurator in uno articulo tantū admittitur in criminalibus, ſed non ad totam cauſam.*

35 *Pater in quolibet crimine poteſt cōparere pro filio, maximè ſi uelit opponere declinatorias.*

36 *Pater etiam cedens pro filio admittitur.*

38 *Pater comparens pro filio non admittitur, niſi cū cautione, de qua hic.*

39 *Filius poteſt comparere pro patre accuſato uel inquiſito.*

40 *Dominus pro ſeruo comparere pro ſuo iure & intereſſe.*

41 *Abbas pro monaco poteſt comparere.*

42 *Inſtructor ſeu informator admitti debet ad excuſandum & defendēdum abſentem.*

43 *Officium iudicis poteſt implorari, ut recipiat informationes ſuper innocentia inculpati.*

44 *Iudex recuſans admittere non procuratorem ſed inſtructorem uel defenſorem innocentiæ rei, tenebitur in ſindicatu, etiam ſtante ſtatuto in contrarium.*

45 *Defenſor debet admitti ad probandum innocentiam inquiſiti, non obſtante ſtatuto in contrarium.*

Pro-

46 *Procurator cauſa uniuerſitatis admittitur.*
47 *Inſtrumentum procuræ pro uniuerſitate quid continere debeat.*
48 *Procurator pro decem perſonis, cõtra quas ſimul proceditur, admittitur.*
49 *Comparere pro abſente quomodo per cautelas poſſit.*
50 *Delinquens procurans conueniri à iudice, ubi minor pœna imponitur, non iuuatur præuentione.*
51 *Tertius, cuius non intereſt, comparens pro commodo inquiſiti, tantummodo admittitur ad oſtendendam innocentiam.*
52 *Abſentis innocentiam ad docendã quilibet admittitur.*
53 *Procurator in criminibus capitalibusque cauſis non admittitur, niſi reo conſtituto in carceribus.*
54 *Procurator in criminalibus, ubi pœna pecuniaria imponitur, poteſt interuenire.*
55 *Procurator conſtitutus ad omnes lites non poteſt in criminalibus cõparere.*
56 *Reus cogitur ad comparendum perſonaliter, ubi indicia denotant, uel torturæ uel perſonali interrogationi locum eſſe.*
57 *Abſens cum ex forma ſtatuti poteſt condemnari procurator interuenire non poteſt.*

Procucarator in criminalibus pro inquiſitis, Vel accuſatis abſentibus, an interuenire poſſit ad eorum innocentiam oſtẽdendam.

Magna in præſenti materia fuit antiquorum & modernorum doctorũ altercatio orta ex difficultate intellectus potiſſimè triũ legum, quælibet fundata in hac materia, tamen inter ſe contrariari uidentur, aidelicet. l. ſeruum quoque. §. publicæ. de procur. ubi dicitur, quòd publicæ utilitatis eſt abſentes à quibuſcunque defendi in capitalibus iudiciis, & defenſionem dari. & propterea concludit, quòd ubicunque abſens damnari poſſit, ibi quẽuis ꝓ eo uerba faciẽtẽ & innocẽtiã excuſantem audire æquum eſſe & ordinarium admittere.

Alia eſt lex, quæ huic concordari uidetur, uidelicet. l. reus. C. de accu. quæ uoluit, quòd abſentes etiam per procuratorem defendi poſſint.

Iſtis in contrarium uidetur l. penult. §. ad crimen. de publi. iudi. proſequen. fruſtra procuratorem interuenire multoque ad defenden. licet permittat excuſationes abſentium iudicibus allegari poſſe. Vnde ſi iuſtam abſentiæ cauſam habeant ſententia differtur. Pro cõcordia

cordia Cepol.conſi.47.

1 Regula igitur erit. In† criminalib. caſibus, in quibus de uita hominis tractatur, procurator interuenire non poteſt, ſed neceſſarium erit, ut reus perſonaliter compareat. l. penult. §. ad crimen. ubi Barto. de publi.iudi. habetur. l. reos. C. de accuſa. & in c. ueniens. de accuſa. Fran. de Porcell. in quodam ſuo cõſilio poſito inter conſilia Cepolæ. conſi. 53. Gandi. in titu. utrũ procurator. in maleſi. in prin. Boniſa. de Vital. de prócur. & defenſ. col. 1. & Hippol. in practic. §. ſequitur modo. in prin. fol. 99. Marant. in Specul. aduo. fol. 38. num. 85. Soci. præceptor conſi. 34. num. 3. uolum. 2. Anchar. in conſi. 272. Ra-
2 tio autem regulæ multiplex in iure reperitur. Prima eſt. Nam ſi defenderetur, non poſſet contra ipsũ abſentem ſententia exequi, contra l. ſi quis prætor. & l. de qua re. de re iudi. Cep. conſ. 45. in prin.

Secunda ratio eſt. Ne maleficia remaneant impunita, contra l. ita uulneratus. ad l. Aquilia. Cepoll. ubi ſupra.

Tertia ratio, quia ipſe principalis diligentius cauſam ſuam ageret, q̃ procurator. l. 1. in fi. de Carbo. & Bartol. in dict. §. ad crimen. Cepol. ubi ſupra.

Quarta ratio, quia ſi principalis ueniret & ſe defenderet, iudex melius poſſet perquirere ueritatem uidendo principalem reum, quo uultu, quo colore, qua animi trepidatiõe loqueretur, quàm audiendo, procuratorem, l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. l. 3. in princ. §. 1. de teſtibus, Cepoll. in dicto conſil. 48.

Quinta & ultima ratio eſt, propter præſumptionem delicti. Nam ſi quis accuſatus uel inquiſitus non commiſiſſet delictum, ipſe audacius ueniret. Vnde ſi non comparet eſt præſumptio contra ipſum, quòd delictum commiſſerit. Ideo ob hanc præſumptionem iudex non permittit procuratorem pro eo comparere poſſe. Cepol. d. conſi. 45. nu. 7.

Amplia dictam regulam multis mo-
3 dis. Et primò, ut † procedat, etiam ſi quis condemnatus fuerit ad ſtandum in carceribus perpetuò uel certo tempore, cum nihilominus per procuratorem ſe defendere non poterit, ſed perſonaliter comparere neceſſe habebit, Cepol. in conſ. 20. nu. 45.

4 Amplia ſecundò, ut † procedat non ſolum in criminibus publicis ſed in priuatis, dummodo pęna ſit relegationis, Pet. de Ancha. conſil. 272. Franciſ. de Porcell. in conſi. ſuo poſito inter conſilia Cepoll. conſi. 53.

5 Amplia tertiò, ut † procedat non ſolũ quando pœna eſſet certa corporalis uel corporis afflictiua, ſed etiam ſi eſſet arbitraria. Et ideo ſi iudex arbitrari poteſt pœnam corporalem, uel pecuniariam, ſecundum quòd ei uidebitur.

Tunc

Tunc procurator comparere non poteſt, & hoc ne iudicium eluſorium reddatur reſpectu pœnæ corporalis, quæ poſſet inferri, Petr. de Anch. conſ. 272.

6 Amplia quartò, ut † procedat, etiam ſi crimen tale fuiſſet, cuius pœna fuſtigatio eſſet. Franc. de Porcel. in quodam ſuo conſil. poſito inter conſ. Cepol. conſ. 53.

7 Amplia quintò, ut † procedat, non ſolum quando priuatus accuſatus uel inquiſitus fuiſſet, ſed etiam ſi uniuerſitas inquiſita uel accuſata fuiſſet. Nam niſi perſonaliter cōpareat audire per alium iudex non debet, nec per iudicem nec per ꝓcuratorem, Gandi. de homic. & eorum pœnis. nu. 17.

8 Amplia ſextò, ut † procedat, non ſolum quando pœna eſſet corporalis, ſed etiam ſi poſſet eſſe pecuniaria infra tempus. Puta ſi ſtaret ſtatutum, quòd quis debeat decapitari, niſi infra 10. dies ſoluerit mille libras. Nihilominus tali caſu procurator interuenire non poterit, niſi ad allegandum cauſam abſentiæ. Bonifac. de Vital. de procur. num. 13.

9 Amplia ſeptimò, etiam † ſi contra talem procuratorem oppoſitum non eſſet ante litem conteſtatam. Nam nihilominus geſta per ipſum non ualebunt, cum lex omnino ipſos repellat, & iudex ex officio talem procuratorem expellere poterit ad inſtar excommunicati. Boniſa. de Vital. ubi ſupra. nume. 17. Hippo. latè in pract. §. ſequitur modo. col. 33. fol. 99.

10 Amplia octauò ut † procedat, etiā ſi quis comparuerit ad defendendum citatum & uellet ſatiſdare de rato & iudicatum ſoluendo. Bonifa. ubi ſupra. num. 17. quod uerū eſt, niſi pœna pecuniaria eſſet. ubi ſupra.

11 Amplia nonò ut † procedat, etiam ſi quis petere uellet reſtitutionē in integrum aduerſus ſententiam latam contra minorem in cā criminali, nam non poterit etiam hoc per procuratorem fieri, ſed neceſſe habebit minor perſonaliter comparere ad hoc peten. Hippol. in practi. §. ſequitur modo. colum. 2. Bald. in l. 1. §. penul. in fin. de poſtula. Are. c. ueniens. de accuſa. Secus uerò ſi probaretur in illa. Nam tunc poterit in hoc procurator interuenire, Hippol. ubi ſupra.

12 Amplia decimo, ut † procedat, etiam ſi quis comparere uellet per procuratorem non ſolum ſe defendendo, ſed etiam alium accuſando. Puta, ſi bannitus fuerit Titius ex aliquo delicto, ſi poſtea uoluerit aliquem de crimine accuſare, debet perſonaliter comparere, aliàs per procuratorem alium accuſare non poterit. Cepol. conſi. 20. Capic. deciſ. 5. in prin. quod uerū eſt in priuato, ſecus uerò in uniuerſitate. nam poterit pro ea ſindicus comparere & alium accuſare, latè Capic. dict. deciſ. 5.

13 Amplia 11.ut † procedat, non ſolum quando de crimine directè cō ſtaret, ſed etiam ſi indirectè. Nam inhabilitas interuenire non poterit Bald. in l. reos C. de accuſ. Nell. in tract. banni. in 3. pa. 3. temporis. q. 68. Cepol. conſi. 20. nu. 6.

14 Amplia 12. ut † procedat, etiam ſi pro tali abſente compareceret, uxor & filii, Nam cum loco procuratoris ſint, admittendi non erunt. Cepol. conſi. 20. nume. 7. per l. exigendi. C. de procur. & l. & hi. ff. eod.

15 Amplia 13. ut † procedat, etiam ſi quis eſſet coniunctus, & pro ſuo iure & intereſſe peteret & admitteretur ad defendendum abſentem. puta, quia ſtatim ligaret ipſum ad ſoluendum condemnationem alterius coniuncti. Nam nihilominus admittendus non eſt, cum per hoc uia malefactoribus aperiretur nunquàm ſe præſentandi, quia per indirectum per interuentum tertiarum perſonarum ſe defenderent, quod minimè dicendum. Cepol. d. conſ. 20. nu. 89. ubi dicit, quòd ita ſeruatur in pract.

Prædictam autem regulā limita multis modis.

16 Primò Limita † non procedere, quando quis comparuerit ad allegandum ſeu demonſtrandum cauſam abſentiæ, nam tunc admitti debet, Bonif. de Vital. de procur. & defen. colum. 13. Modeſt. Palent. in quodam ſuo conſilio ſimiliter poſito ubi ſupra. in conſi. 48. & 72. Maranta. fol. 29. nu. 42. Gandi in tit. utrum procur. in malefici. numero 10.

Quod uerum eſt, etiam ſi ſine mandato cōpareret. Nam quilibet ad hoc allegandum poterit comparere & admitten. eſt. Gandi. ubi ſupra. numero 5.

Item uerum eſt, niſi in ciuitate extaret principis decretum diſponens, quòd quælibet perſona prohibeatur admitti, & quòd omnis defenſio tollatur, & quælibet iuſtificatio repellatur, niſi perſonaliter comparєat inquiſitus. Nam tūc ſtante tali decreto, ſuperius dicta fieri nō poſſunt, neque Tertius aliquomodo comparens admittēdus eſſet. Ruy. conſi. 9. uol. 5.

17 Limita Secundò † non procedere, quando inquiſitio aliquo caſu inepta fuiſſet ſeu nulla & inualida. Nam tunc procur. admitti debet, etiam ſi crimen pœnam mortis ſecum trahat. Bal. conſi. 106. uer ſic. accuſatus. uolu. 1. Hippo. in conſi. 24. nume. 41. & conſ. 39. col. fin. & conſi. 43. col. 1. 2. & 3. & in practi. §. ſequitur modo. numer. 29. 30. fol. 99.

18 Limita Tertiò † non procedere, quando contra aliquem calumnioſa accuſatio inſtituta fuiſſet. Nam tunc procur. admitti debet. Cin. in l. reos. C. de accuſ. Hippo l. d. conſi. 24. colum. fin. Bald. in l. 2. C. ut nemo priuatus, ubi dicit, notandum eſſe. Hippol. in rub. C. de probatio. num. 213.

Limi-

19 Limita Quartò † non procedere, quando eſſemus in caſu,in quo iudex prohibitus eſſet inquirere à lege,uel ſtatutorum diſpoſitione.Nã tunc ſi procedere uel inquirere uoluerit, admittendus eſt procur. & quilibet de populo ad comparendum pro delicto tali,etiam ſi delictum eſſet tale,in quo mors impoſita eſſet,puta aliquis occidit bannitum , qui ex forma ſtatuti poterat impune occidi, quo caſu propter ſtatutum puniri non debet. Vnde ſi contra talem iudex inquirere uoluerit,quilibet poterit pro eo comparere , & bannum oſtendere , uel
20 † ſi ſtatutum diſponeret.quòd iudex inquirere non poſſet cõtra plures homines,quando non ſunt plura uulnera mortalia interfecti. Modo ſi accidat unum tantum uulnus habuiſſe, & iudex contra plures inquirere uelit,poterunt pro eis procur. & quilibet alius comparere.Hippol.conſ.24.num.48.& 49. & conſi.39.nu.43. & 44. & conſ. 90.num.22.23.24. & in rub.C.de proba.nu.214. & in pract.§.ſequitur modo. nume.18. & 19.fol.99. Bar.in l.ubi pactum.C.de tranſact: Ricar.Malumbra.l.filiusfa. §.ueterani.de procur. & in l.quos prohibet. de poſt. Ang.in d.§. ueterani. Ang.l.reos C. de accuſ. & Abb.in c.3.de accuſ.Anch. in cap.ueniens col.penul.de accuſ.Gandi.tit.utrũ procur.in maleſi.in nume.15. Cepol. cautela. 66. Boniſ. de procur.
21 num.25.uel ponas exemplum † ſi conſuetudo eſſet in ciuitate,ut pueri ad lapides præliarentur , & accidit quòd unus puer alium puerum lapide occidit . Nam cum tale delictum impunibile ſit uigore talis conſuetudinis, certè hoc caſu poterit procur. interuenire. Hippol. conſi.90.nu.22.23.24.uel ſi eſſet ſimiliter ſtatutum uel conſuetudo , ut minores ſeptem annorum ex delicto nõn teneantur in aliquo . Nam tunc pro tali minore quilibet poterit comparere. Hippol. in practi. §. ſequitur modo.n.27. 28.fol.99.

22 Limita quintò † non procedere in cauſa appellationis . Nam in ea procur. poteſt in criminalibus cõparere. Amanell. de Claris aquis in ſuo ſingulari uerbo, nota quòd in cauſa criminali.fol.238.

23 Limita Sextò † non procedere in muliere coniugata . Nam ipſa in cauſa criminali poteſt per procuratorem comparere. Maranta in ſuo Specul.fol. 29.nu. 39.

24 Limita Septimò † non procedere in eo, qui dum accuſatur, uel inquiritur grauiter infirmatur, adeo, ut impoſſibile ei ſit perſonaliter cõparere . Nam tunc poterit mittere defenſorem , non procurat. ad faciendum iudici fidem de infirmitate,& ſi opus fuerit fidẽ faciat per medicum, uel duos teſtes idoneos. Boniſ. de Vital. de procur. & defenſ.nume. 10. Vnde ſi non mittat defenſorem ad ſignificandum iudici de ſua infirmitate ſibi præiudicabit, adeo quòd omnia actitata cõ

tra ipſum uolebunt, Bonif. ubi ſupra.

25 Quod uerum eſt, ſi † talis infirmus erat in tali ſtatu ſuæ perſonæ, quòd cognouerat & ſciuerat proceſſum fieri contra ſe, & poterat mittere & non miſit, ſecus uerò ſi ignorauerat, quod in dubio præſumendum, uel grauiter infirmus eſſet, ita quòd non bene ſentiret aut cognoſceret quid iudex ageret Nam tūc excuſaretur, & forte, ſententia contra ipſum lata non ualeret, ſi autem haberet febriculam uel modicum uulnus, uel leuem infirmitatem, ita quòd poſſet comparere, tunc non excuſaretur, etiā ſi excuſatorem mitteret, cum leuis febricula nō excuſet, & in hoc medici dicto ſtandum eſt. Bonif. ubi ſupra. nu. 21.

26 Limita Octauò † non procedere, quando procur. comparere uellet ad proponendum exceptiones dilatorias ſeu declinatorias contra perſonam accuſatoris, uidelicet qualiter ipſe accuſator eſt minor, uel ſeruus, uel infamis, uel talis, qui non admittitur ad accuſandum, uel cōtra perſonam iudicis, quòd non ſit ſuus iudex, uel aliter competens, ad cognoſcendum de maleficiis, & ſic procur. ut contra ſuum principalem non procedatur, uel aggrauetur, uel quòd delictum non eſt commiſſum in territorio ſuo, uel alio ſimili, Gādi. tit. utrum procur. in malefic. colum. penul. Bonif. de Vital. de procur. & defen. col. 4.

27 Aduerte † tamen, quòd in tali caſu, ſi procur. compareret & peteret copiam inquiſitionis, ut poſſit dare ſuas exceptiones declinatorias & dilatorias contra perſonam accuſatoris, ſi adeſt, uel contra perſonam iudicis, quòd non debet ei dari, ſed principalis debet adeſſe, aut in uinculis cauſam dicat, ſed tantum ei dabitur nomen accuſatoris & iudicis, ut poſſit contra ipſas perſonas opponere exceptiones Bonif. de Vital. de procur. & defenſ. nume. 4. quod de facto ei accidit, de plurium ſapiētiſſimorum hominum conſenſu ita determinatum fuit.

28 Limita Nonò † non procedere in probatione notorii. Nam ad probādum notorium in cauſa criminali admittendus eſt procur. Bald. in l. 2. in fin. C. ut nemo priua. & Hipp. ubi ſupra, Alex. in l. penul. §. ad crimen. de pub. iudi.

29 Limita 10. † nō procedere in cauſa Illuſtrium perſonarū. Nam quotiescunque Illuſtres reſpōdere perſonaliter non poſſunt, per procuratorem reſpondere non prohibentur. Hippo. in pract. §. ſequitur modo. nu. 25. fol. 99.

30 Limita 11. † non procedere in caſu incertitudinis. puta, plures de aliquo crimine inculpati fuerunt, adeo quòd uerus delinquens ſciri non poteſt propter ambiguitatem pluriū, ut dixi. Vel melius, & magis ſpecificè. Sempronius, in rixa plurium interfectus fuit, ex unico

co tantum uulnere ei illato, ſi neſcitur, nã omnes tali caſu ſunt puniendi nec certa pœna, ſed tantum arbi-
31 traria; Unde † in arbitrariis mitiorem pœnam iudex imponere debet & ſic pœnam pecuniariam, meritò tali caſu procur. poterit interuenire, quamuis delictũ ſit tale, ob qđ pœna corporali plecti deberet, ſi maleſactor ſciri poſſet. Et ratio hu-
32 ius eſt; quia † quotiescunque pro aliquo delicto uenit imponenda pœna mortis, & ex aliqua cauſa à pœna mortis receditur, tunc pœna corporalis amplius non imponitur ſed pœna pecuniaria. latè & copioſè Hippol. conſi. 24. num. 3. uerſi. uenio igitur. uſque ad fin. conſilii, & conſi. 49. nu. 45. & 46.
33 Limita 12. † non procedere, quãdo dubitaretur, an uulnus eſſet læthale, nec ne. Nam tunc poterit procurator interuenire ſub conditione, ſi appareret uulnus non eſſe lætale, & ualebit talis procuratoris comparitio, ſecus uerò ſi apparet eſſe mortale, latè Hippol. ubi ſupra. num. 45. Bal. in l. eleganter. §. ſi dolo. ff. de dolo, Alex. in d. §. ad crimẽ in uerſ. apoſtilla.
Limita 13. non procedere ſecundum quoſdam, quando ex forma alicuius ſtatuti poteſt procedi in cauſa criminali contra abſentem, Tamẽ hæc opinio an uera ſit nec ne ſupra uide.
34 Limita 14. † non procedere, quãdo quis comparere uellet ut procur. ad unum articulum ſiue capitulum ſolũ, quòd uulneratus mortuus eſt ex defectu ſuo, uel ſua mala cura, & regimine, non autem ex uulnere ſibi illato. Seu compareret oſtenſurus defenſionem & Innocẽtiam abſentis inquiſiti; uidelicet. qualiter Titium interfecerit ad ſuã defenſionem, & paratus eſt talem defenſionem oſtendere, Franc. de Porcell. in conſilio ſuo poſito inter conſi. Cepol. conſi. 53. Nam tũc adduci poterit Cep. conſi. 45. colu. 2. gloſ. ord. in l. penul. §. ad crimen. uerſ. procur. in fin. ff. de publ. iudi. Maran. in ſuo Specul. Aduoca. fol. 29. num. 42. Imol. in d. §. ad crimẽ. Bart. in l. prætor ait. ad fin. in princ. ff. de dam. infecto. Lanc. de Palat. in conſilio ſuo poſito inter conſil. Cepol. conſ. 48. Bonif. de Vital. de procur. col. 5. in fine. Secus uerò ſi ad totam cauſam cõparere uoluiſſet, & iudicium plenum in ſe ſuſcipere uellet excuſando, uel ex cauſa reum tollendo à contumacia. doct. ubi ſupra, procu. poterit in uno articulo ad media cauſæ interuenire, puta ad uidendum iurare teſtes uel ad iurandum de calumnia. Fel. in cap. meminimus. colum. 45. de accuſa. Ioan. de Anania ſingul. 82.
35 Limita 15. † non procedere in patre. Nam pater pro filio abſente cõparere poteſt pro ſuo iure & intereſſe, ad oſtendendam filii inocentiam & ad eius pœnæ defenſionem & in eo ſpeciale eſt. Cepol. conſi. 45. num. 40. & conſi. 40. num. 15.

Bart.

Bart.in d.§.ad crimen. Salic.in l.2. ſ.oppoſ. C.de accuſ.Bald. Ang.d. l.ſeruum quoque. §. publicæ. de procur.Ioan. de Anan.ca. ueniens. de accuſ.Bonif.de Vital. de procu. num.9.Gandi.in tit.utrum procura.in malefi.uerſ. Item pone quòd filius. Ruin.latè conſi.9.num. 34. uolum.3.

Quod maximè procedit, quando pater comparere uellet ad opponendum declinatoriam fori. puta, quòd iudex ſuper tali delicto ex forma ſtatuti inquirere & procedere poſſit, ut latè uoluit Bal.in quodam ſuo conſilio poſito in libro diuerſorum conſiliorum criminalium,in conſ.24.

Quod uerum eſt non obſtante principis decreto,uolentis neminem admittendum eſſe, & omnem defenſionem ſublatam eſſe,& quòd nulla iuſtificatio admittatur, niſi perſonaliter compareat.Ruin.d.conſ.9. uolum.5.

36 Quod ampliá,ut † uerum ſit,etiã ſi pater eſſet iudeus,ſecundum Cepol. conſ.74. Ratio autem huius erit ſecundũ Cepol.ubi ſupra,quia cum pater filium defendat, ſeipsũ defendere uidetur, cum eadem ſit perſona patris & filii l.fin.C.de impub.& aliis ſubſti. & multis aliis rationibus, de quibus per Cepol. conſi.45.Lauren.de Palaz.in conſilio ſuo poſito inter conſi. Cepolæ.conſi.43.Ant.Alban.in ſuo conſilio ſimiliter poſito ubi ſupra. conſi.51.Modeſt. Palati.in conſ.ſuo ſi militet ubi ſupra conſ.54.

37 Secus uerò eſſet, ſi † pater uellet comparere non tanquam pater ꝓ intereſſe ſed tanquam procur.allumendo nomine filii iudicium & telam iudicii.Nam tunc (ſecundũ communiter omnes) admitti non poſſet. Et ideo ſi uellet facere actũ, per quem præiudicare poſſet etiã reo abſente, non erit admittendus. Cepol.conſi.46.colum.3.Ant.Alba. ubi ſupra,& Modeſt.ubi ſupra Bonifa.de Vital.in quodam ſuo cõſilio poſito inter conſil.Cepol.conſi.55.

38 Quod autem dictum eſt ſupra, quòd † pater pro filio, ut defenſor ipſius admittendus eſt, intelligas uerum, dummodo pater idoneam cautionem præſtet de filio præſentando in preſentia Poteſtatis,ſi cõtingat eum in cauſa ſuccumbere ne ſententia deluſoria ſit, Cepol.in d.conſi.45. num.5. Gandi. in tit. utrum procur. in malefi. interpoſ. uerbo ſeu uerſ. Item pone, quòd filius.

39 Limita 16. † non procedere in filio.Nam filius patrem accuſatum, uel inquiſitum de capitali crimine defendere poterit, et pro eo comparere,maximè in illis, in quibus licet filio defendere patrem. Bonifa. de Vital. de procura. nume. 22.

40 Limita 17. † non procedere in domino. Nam pro ſeruis ut procu. in criminalibus poterit pro ſuo iure & intereſſe comparere. Cepoll. conſi.

conſi.46.col.3.in fi. Bonifa. de Vital.conſi.55.Gandi.tit.utrum procurator in criminalibus.num. 10. Bonifa. de Vital. titu. de procurator.& defend.colum. 3. nume. 8. Ruin.in conſi.9.uolum. 5. Corn. conſ.194.nu.12.uol.2.

Quod uerum eſt,non obſtante principis decreto,uolente neminem admitten.ubi perſonaliter cõpareat. Rui.d.conſ.9.uol. 5.

41 Limita 18.† non procedere in Abbate. Nam pro monaco poterit etiã ipſe ut procurator comparere. Lauren.de Palazol.in conſi. ſuo poſito inter conſi.Cepol.conſi.48. uol. 1. Bonifa.de Vital. inter conſilia Cepol.conſi.55.Corn.conſi.194. nu. 12.uol.j.

42 Limita 19. non procedere, quando quis compareret pro abſente in quiſito non tamquam procurator ſed tãquàm inſtructor ſeu informator curiæ de defenſionibus abſentis inquiſiti ſeu condemnati. Nam tunc admitti debet. Ioan. de Imo. & Ioan.de Anan. in c. ueniens. de accuſ. Modeſt.Palen. in ſuo conſilio poſito inter conſilia Cepol. conſi.47.col. penult. Cepol. in conſil. 72.& in cautel. 109.Hippo. in pract. §. ſequitur modo: circa finem. fol.99.l. ſeruum quoque. §. publicæ.ff.de pub.iudi. Ruin. conſi. 5. in uerſi. quoad ſecundum,uol. 5. Ant.de But.& Imol.& Abb.in ca. ueniens.de accuſ.Salic. in l. reos.

43 C.eo.titu.uel† petit officium iudicis informari, ut recipiat informationes ex officio ſuper innocẽtia inculpati,ſcdm quòd continetur in cedula oblata per ipſum Tertium. Ruin.conſi.9.num.6.quod iudex poſſet etiam ex officio facere, ſecundum Aret. ubi ſupra,ubi dicit Ioan.de Imol. ubi ſupra dicto ca. ueniens. porrigi capita curiæ iudici maleficiorum,ſuper quibus poterat peti defenſio abſentis & fecit nominare teſtes in ſcriptis, qui ſuper capitulis poterant informare iudicem & deponere,& fecit proteſtari curiæ & iudici, quòd uellẽt ſuper præmiſſis inquirere ueritatem.

44 Quia† ad hoc tenetur etiam nemine petente,& ſi hoc non faciat, poterit ei imputari in ſindicatu, & per hoc dicit euaſiſſe unum à ſentẽtia banni,ſequitur Alex. conſil. 4. col.1.uol.6. Hippol.conſi.36. nu. 33.& conſi.73.num.42.& 43. Cepol.conſi.20.col.penul. ubi docet cautelam,quòd quando inquiſitus comparere non uult, poteſt facere ut compareat etiam extraneus, & dicat, Domine iudex, examinetis tales teſtes,quoniam intelligetis innocentiam inquiſiti, uel condemnati,& iudex poterit illud ex officio facere.Cepol.ubi ſupra.&conſi.49.nu.9.

Quod uerum eſt,non obſtante ſtatuto diſponente contrarium, uidelicet quòd nullus pro reo interuenire poſſit, nec tanquam procurator, neque tanquam defenſor, nec tanquam inſtructor. Areti. conſil.

147.uiſa conſulta. Hippol. conſil. 90.num.30.uſque ad fi. Iaſ. in l.2. C.qui teſtam. fac. poſſ. ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem omnium doctorum, & ita tenendum erit ſecundum eum, ſi caſus euenerit.

45 Limita 20.†non procedere, quando quis comparet tanquàm defenſor ad probandum innocētiam inquiſiti, qua probata reus abſoluendus erit. Corn. conſi. 17. colum. 4. uolum. 3. & talis repelli non poteſt, cum illud iudex ex officio facere teneatur. Quod uerum eſt, etiam non obſtante ſtatuto in ciuitate, quòd contumax pro confeſſo habeatur. Nam nihilominus defenſor admitti debet ad probandum ſuam innocentiam, Corn. ubi ſupra, & ſi iudex talem defenſorem comparentem & uolentem de innocentia inquiſiti docere, non admiſerit, in ſindicatu tenebitur parti ad intereſſe, niſi iudex aliqua æquitate motus arbitratus fuerit, diminuendam eius condemnationē. Cor. conſ. 17. in fi. uol. 3.

46 Limita 21.† non procedere in cā uniuerſitatis. Nam in ea etiam ſi criminalis ſit procurator poterit comparere, Io. de Amod. ſing. 79.

47 Aduertas tamen, quòd † ſi in inſtrumento ſuæ perſonæ non ſint appoſita omnia nomina illorum, qui illum nomiuarunt procuratorem, ſed multis & multis nominatis ſubiicitur iu inſtrumento, omnes alii, qui faciunt maiorem partem, non ualebit tale inſtrumentū neque pro uniuerſitate iſte talis admitti poterit. Specul. de ſindi. §. 1. Bal. in l. 1. de magiſt. conue. Iaſ. in l. placet. colum. 3. C. de ſacroſ. eccleſ. uerſ. ad iſta etiam facit. Et eſt ratio, quia ī cauſis ordinariis debet magis deliberatè procedi. Ioan. de Amo. ſingu. 21.

48 Limita 22.†non procedere, quādo agetur criminali iudicio contra decem perſonas ſimul. Nam poſſunt tales litigare per procuratorem, ſecundum Marant. fol. 49: num. 40.

Viſis igitur ampliationibus & limitationibus huius præſentis quæſtionis. Videndū erit, ſi extra dictas limitationes erit aliqua cautela, qua mediante poſſit quis pro inquiſito ſeu accuſato abſente comparere & in iudicio illum defendere.

49 Dicas† igitur multas cautelas eſſe etiam inuentas à doctoribus, quibus mediantibus quis poterit pro altero comparere.

Prima igitur cautela erit, in qua diligentes procuratores & aduocati aduertant. Nam comparere uolens pro amico adeat iudicem, quando ipſe iudex procedit per inquiſitionem, & nominet teſtes iudici in ſecreto, qui ſciunt ueritatē, & quòd recipiat illos pro reo abſente inculpato & inquiſito. Item det ſibi interrogatoria, & ſic ſi ex illis atteſtationibus appareret reum inquiſitū non eſſe culpabilem, iudex poterit & debebit ipſum reum abſolue-

re

re,Hippol.de Marſil.in pract. §. ſequitur modo.num.13.fol.99.Cepol.cautel.255.

Alia etiam erit cautela, de qua mentionem feci ſupra in 4. limita.uide licet.ut imploretur iudicis officiũ, ut admittat comparentem, ut ſi quis bãnitum occiderit,qui ex forma ſtatuti occidi poterat, qui ſi nõ audebit comparere, licet impune illud fecerit. Tunc cautela erit, ut aliquis amicus ſuus, uel quilibet de populo compareat coram iudice inquirente, & ſibi oſtendat fuiſſe bannitum, & ſic impune potuiſſe occidi, & tunc iudex poterit & debebit illum admittere,dummodo ſuum officium imploret, & dicat, domine iudex,peto ut abſoluatis Titium inquiſitum & ulterius contra eum non procedatis, cum reus iſte illum occiderit, quia occidi poterat,ut latiſſimè per Hippol. in pract.§ ſequitur modo. nu.29. ubi multa allegat.

Alia reperitur cautela & pulchra & notabilis,uidelicet,quando aliquis uulnerauerit aliquem, ex quo uulnere ſequitur mors, tunc cautela eſt, quòd reus faciat ſtatim formare inquiſitionem contra eum de uulnere, in qua poterit interuenire procurator.Quia cõtra eum ex ſtatutorum forma uenit imponenda pœna pecuniària pro uulnere, non autem corporalis. Et licet poſtea ſuperueniat mors.attamen procurator poterit interuenire, quia attẽditur,quòd principaliter agitur,& ſic attendere inquiſitionem uulneris & non attendere,quod ſecundariò & in conſequentiam ſequitur tamen hæc cautela ſecundum Hippol. ubi ſupra falſa eſt. Nam facta inquiſitione de uulnere, ſi poſtea ſequatur mors, iudex formabit inquiſitionem de morte, quod non prohibetur ex nouo effectu mortis ſubſecuto,quo caſu non poterit cõparere reus per procuratorem,Hippol.latè ubi ſupra.

Alia eſt cautela & notabilis. Nam quotieſcuuque proceditur contra aliquem in cauſacriminali, facias eum carcerari in aliqua alia ciuitate uel loco pro aliquo facto, uel aſſerto debito, uel delicto, & poſtea per literas officialis illius ciuitatis ubi eſt carceratus, ubi notificare facias iudici inquirenti uel procedenti contra dictum Titium ad capturam uel carceratioñe ipſius, quo caſu erit neceſſe, ꝙ ipſe iudex aliter procedens admittat procuratorem pro eo,in tali cauſa capitali, uel ipſe ſuperſedeat in illa cauſa, donec & quouſque dictus reus fuiſſet relaxatus à dictis carceribus ut poſſit comparere perſonaliter, & hoc tolleretur per impoſſibilitatem.Hippol.latè in pract.§. ſequitur modo.nu.31.

Alia & ultima eſt cautela.Nam ſi aliquis diferret proceſſum per aliquod tempus,quia forsã ille iudex maleficiorum eſt homo nimis ſeuerus & ſæuus in cauſis arbitrariis; uel quia erat cauſa criminalis, in

r qua

qua non poterat per procuratorẽ comparere, & uolebat ſe præſentare perſonaliter, propterea uolebat expectare ſucceſſorem, quia forte erat ſuus amicus, quomodo facies ad differendum hunc proceſſum.

Dicas, quòd cautela eſt, quòd iſte talis antequam citetur uadat ad aliquas partes longinquas, adeo quòd uerißimiliter citatio non poſſit uenire ad aures ſuas, & tunc tempore quo citabitur compareat aliquis coram iudice, dicens citatum fore in abſentia, adeo in longinquis partibus, quod notitia citationis ad eum peruenire non poteſt, propterea contra eum procedere non ualebat. Nam tunc ſi ille excuſator offert ſe incontinenti probaturũ citatum eſſe in dictis partibus longinquis, & ſi iudex non uelit admittere tales probationes, proceſſus erit nullus. Si uerò ille excuſator non offert ſe incontinenti ꝓbaturum, proceſſus eſt ualidus, ſed ſolum erit ius ipſi reo petendi reſtitutionem in integrum ex cauſa iuſtæ abſentiæ. Ita uoluit not. Thom. Ferrat. cautela 13. & Bart. in extrauag. ad reprimen. uerbo neglexerit quod dictum multũ exclamat Maria. Soci. in c. ueniens. uerſic. Item quæro, quid ſi in fine termini citationis. de accuſ. ubi dicit, iſtud ꝓcedere & locum habere, licet ex forma ſtatuti habeatur pro conuicto, & ex præfatis ſuma cautelam, ut ſtatim quòd quis comiſſerit delictum, in quo non poteſt procur. interuenire, ut mittas eum ad partes remotas. Maria. Soc. in. d. c. ueniẽs. de accuſ.

Tamen talis cautela Mariani ſano modo eſt intelligenda, uidelicet quòd ſi delictũ commiſſum ab iſto, qui uult ſe abſentare, erat delictum occultum, uidelicet unum maleficiũ uel homicidiũ de nocte ꝑpetratũ, uel forſan per aliquos menſes antea, & de quo non erat diffamatus, nunc autem præſentiens, quòd iudex uult contra eum procedere ſe abſentat. Nã iſto caſu cautela Mariani poteſt habere locũ, quia poßibile eſt, quòd uadẽs ſciuerit & iuerit aliqua iuſta de cauſa. Vnde non eſt abſurdum, quòd debeat concedi reſtitutio ex aliqua cauſa generaliter propter iſtam abſentiam. Si uerò illud maleficium fuit ab iſto publicè commiſſum, puta, quia de die in publico interfecit hominem Nam tali caſu non tenet talis cautela, & non creditur uera, & hoc per illam regulam, quòd quoties cunque aliquid de nocte fit, debet prodeſſe, ſi illud tale fuit affectatũ uel procuratum non procedit, l. ſpadonem. §. fi. de excuſa. tut. §. Itẽ tria. eodem tit. inſt. l. qui data opera. ff. ex quib. cauſ. maior. facit q̃d dicit Bald. Ange. Flo. & alii l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis autẽ. de leg.
50 1. ubi dixerunt, quòd † delinquẽs procurabit ſe accuſari coram iudice minoris curiæ, coram quo minor pœna imponitur, talis præuentio

tio nihil operatur, neque eum liberat ab alio foro, ubi maior pœna impunitur. Ita Thoma. Ferrat. cautela 18.

Modo uiden dum de aliquibus notabilibus circa iſtam materiam.

51 Dicas, quòd regula eſt, ꝙ † quandoaliquis tertius, cuius non intereſt, & qui pro inquiſito tantum compareat ad eius commodum admittitur. Rui. conſi. 9. nume. 4. uolu. 5. Bal. in l. 1. C. de execu. rei iudica.

52 Secundò † quãdocunque abſens poteſt damnari, tunc quilibet admittitur ad eum defendendum & oſtendendam eius Innocentiam. Ricard. Salic. Paul. Bart. in l. ſeruum quoque. §. publicæ. de procu. Bart. d. §. ad crimen. Corne. conſi. 294. conſi. 2. col. 1. & 293. uol. 3.

53 Tertiò nota, quòd † in caſu capitali procur. poteſt interuenire ad defenſionem rei, quando inquiſitus eſt in carceribus, non autem ante. Ioan. de Aana. conſi. j. & Bal. d. l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudicijs.

54 Quartò nota, quòd † in criminalibus, in quibus pœna pecuniaria imponenda erit, procur. poteſt interuenire. Hippol. conſi. 90. nume. 21. & 22. Franc. de Porcell. in quodam ſuo conſilio poſito inter conſilia Cepollæ. conſi. 35. tex. l. 1. uerbo planè. C. an per alium cauſ. appell. uel in quibus uenit imponenda pœna à relegatione infra. Gand. uerbo procur. in maleſi. in princip. & num. 20. Boniſ. de Vital. de procur. colu. 1. num. 12. & 13. Maran. fol. 22. num. 37.

55 Quintò nota, ꝙ † ſi quis fuerit cõſtitutus procur. ad omnes lites, & non dicat criminales, non intelligitur conſtitutus ad criminales, niſi dictum fuerit, Boniſa. de procur. nume. 23.

56 Sextò nota, quòd † ubicunque ſint indicia contra aliquem, & iudici probata fuerint, tunc iudex nõ debet procuratorem admittere, ſed debet facere reum perſonaliter comparere, ſiue ſit locus torturæ, ſiue perſonali interrogationi, Bald. in l. fi. C. de procur. Hippol. in practi. §. ſequitur modo. nume. 7. fol. 99.

57 Septimò nota, quòd † omnes leges & doctorum opiniones, uolentes quòd in caſibus, in quibus abſens poteſt damnari, in illiſmet poſſit procur. comparere pro abſentibus, & in illiſmet, in quibus abſens damnari non poteſt, in illiſmet non poteſt procur. comparere, omnes ſunt ſublatæ per ſtatuta Italiæ, ex quorum forma indiſtinctè contra abſentes in oĩ crimine uſq; ad ſententiã incluſiuè proceditur. Hippol. l. lex Cornelia. §. conſtitutum. nu. 7. de ſicar. fol. 30.

Contraria.

Contrarium tenet Hippol. latè & copioſè conſi. 39. per totum, ad quod ſemper recurras, quando pro amico tuo inquiſito comparere uolueris,

ris,& conſ.90. nu. 25. 26,27. 28. 29.Cep.conſ.40.

Contrarium tenet Bonifa.de Vita.de procura. & defen.nu.28. Hippol. in pract.§. ſequitur modo. nume. 24. fol. 99. Maranta fol. 29. nume. 39.

Contrarium tenuit Cep.conſi.40.nu. 15.& conſi.45.

Contrarium tenet Bal.in l. eos. §. ſuper his.ff. de appel. Tamen pro concordia uide Hippo.d.§. ſequitur modo.nu.31.

Regula XIIII. de copia indiciorum.

SVMMARIVM.

1 *Indiciorum copia eſt danda regulariter, etiam non petita. numer.3.*

2 *Teſtes examinati reo non citato,niſi repetantur, non præiudicant.*

3 *Indiciorum copia datur etiam in atrociſſimo crimine. Etiam cõtra iuſſum principis.nu.4. Etiam quãdo iudex procedit ex mero officio. nu.5.*

6 *Nomina & cognomina teſtium edenda reo,ut poſſit excipere contra dicta & perſonas. Intellige. ut nu.7.*

8 *Copiam indiciorum dare tenetur iudex reo etiam ſi habeat amplũ latum & liberum arbitrium procedendi*

9 *Iudex habens arbitrium interpretandi ordinamenta criminalia tenetur dare defenſores.*

10 *Doctores declarantur ex doctrina regulari.*

11 *Copia debet dari, etiam ſi habeat iudex facultatem procedendi de plano, ſola facti ueritate inſpecta.*

12 *Inquiſito & condemnato aliàs de tali crimine dari debet copia indiciorum.*

13 *Reo etiam malæ conditionis & famæ indiciorum copia dari debet.*

14 *Indiciorum nõ legitimorum ad torturam copia danda eſt.*

15 *Copia dari debet indiciorum non obſtante ſtatuto,quòd detur ſi fuerit petita.*

16 *Confeſſo ſponte copia indiciorum datur.*

17 *Pronunciatio,quòd indicia nõ fuerint purgata, fieri debet, antequàm ad torturam deueniatur.*

18 *Iudex non dans copiam indiciorum punitur in ſindicatu, etiam ſi non conſtet de dolo.*

19 *Appellatio datur à denegatione copiæ indiciorum.*

20 *Indiciorum copia denegatur, ſi ex forma ſtatuti poſſit inquiri ordinariè de delictis.Item quando peteretur contra facti notorietatẽ. num. 21.23. Item reperto in fraganti crimine.nu.22. Item latroni inſigni.nu.24.*

25 *Iudicis partes nullæ ſunt contra cõfeſſum.niſi in condemnando.*

26 *Sodomitæ,ſi probatum eſt delictum*

ctum, copia indiciorum denegan da eſt.

27 *Indiciorum copia denegari poteſt ſolito delinquere.*

28 *Indiciorum copia deneganda in de lictis, in quibus non poteſt cadere defenſio.*

29 *Indiciorum copia petita ab aduo cato rei, & denegata, proceſſum non reddit nullum, ſecus ſi fue rit petita à reo.*

Indiciorum copia an & quando danda ſit.

1 Dicas † de neceſſitate inditiorum copiam dandam cum competente termino ad illa purgandum, aliàs iudex ad torturam peruenire non poſſet. l. cuſtodias. ubi gloſ. Bar. Ang. Imol. de publi. iud. Ang. de malefi. uerbo fama publica. uerſ. Item aduertas. & uerſ. & bene nota. Ruin. conſi. 11. & 12. uol. 3. Cardinalis in c. qualiter. el 2. de accuſ. in 6. nota. Bart. in l. unius. §. cogniturum. colum. fin. de quæſtio. Barba. conſi. 47. num. 20. uolum. 1. Ioan. de Venafro conſil. 109. in prin. Bal. in conſ. 59. uolu. 1. Bertran. in conſi. 187. uolum. 1. incipit punctus quæſtionis. Barto. conſil. 64. & 65. Capic. deciſ. 74. Gandi. de malefi. cogno. per inqui. num. 18. de quæſtio. & tormen. nu me. 23. Bonifa. de Vital. de inquiſ. & eorum formis. fol. 33. num. 15. Paris de Puteo de ſindi. fol. 304. & 320. num. 2. Nouell. in practi. fol. 26. Franc. Brun. de indi. circa ſecũdum. num. 9. & in 2. par. uerſ. quin tò principaliter. num. 13. Guido de Suza. de indic. num. 62. 63. & 64. ubi Bologni. in addit. ad Bald. de Peri. de indi. 2. ca. nu. 6. Blan. latè l. fi. num. 25. de quæſtio. cum mul tis ſequenti. Mil. in pract. fol. 10. num. 73. Alex. conſi. 65. in uolu. 1. Hippol. num. 23. & 24. & l. fi. nu. 14. de quæſt. & in prac. §. nunc uidendum. in prin.

Et iſtud fiet completa inquiſitione ſeu examinatione. Nam tunc proceſſus publicabitur, & inquiſitionis copia dabitur. Gandi. titu. C. de maleficiis cogn. per indi. Ruin. ubi ſupra. Ioan. de Venafro conſi. 209.

Quod autem dictum eſt ſupra de indiciis criminalibus dandis, intelligas uerum de indiciis datis & tempore congruo receptis, ſcilicet per ſpecialem inquiſitionem & accu-
2 ſationem, nam † examinati ante & ipſo non citato ſibi non præiudicat, niſi repetantur poſt litem conteſtatam & parte præſente uel citata. Fran. Brun. de indi. uer. circa ſecundum. nu. 9.

Prædictam autem regulã amplia multis modis, & primò.

3 Ampliatetiam ſi eſſemus in crimine atrociſſimo, nam nihilominus indiciorum copia danda eſt, Gramat. not. 30. col. 5. in prin. ubi di-

cit nullibi in iure contrarium reperiri.

4 Amplia ſecundò† ut procedat, etiã ſi à parte petita non fuerit, nam etiam nullo petente debet iudex dare indiciorum copiam, Hippol. in pract. §. nunc uidendum. nu. 12.

Quod uerum eſt & ſano modo intelligendum, quando ille carceratus eſſet idiota, ut ruſticus, mulier, pupillus, uel alius uerisimiliter ignorans iuris ſolemnitates, & homo uerisimiliter neſciẽs facere ſuas defenſiones. Nam tunc ampliatio uera erit. Hippol. d. §. nunc uidendũ. num. 13. Secus uerò ſi ille eſſet homo prudens uel literatus, uel talis conditionis, qui uerisimiliter ſcit indiciorum copiam petere, & ſuas defenſiones facere. Nam tunc iudex illum defendere non tenetur, niſi petita fuerit. Hippol. latè in §. nunc uidendum. num. 13. cautela tamen erit ſecundum Parid. de Puteo. de ſind. fol. 94. num. 13. quòd iudex ſemper debet dare terminũ reo ad ſe defendendum, ſiue petat, ſiue non, ut ſe & conſcientiam ſuã exoneret, & non tenetur poſtea in ſindicatu, & apud Deum cum maiori iuſtitia appareat.

5 Amplia tertiò† ut procedat non obſtante principis iuſſu, uolentis defenſionem dandam non eſſe. Nam adhuc indiciorum copia danda, cum iudex reo defenſiones tollere, etiam de plenitudine poteſtatis nõ poſſit. Bald. in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur. & Fel. in c. dilecti. de electi. Soci. conſi. 120. incipit, neminem nec aliàs conſuluiſſe. uerſ. 3. uolum. 4. Bart. in l. filius familias. uerſ. ſed ad tunc. de donat. Areti. conſil. 125. ſicut ſui. uerſi. ad obiecta. latiſſimè per Hippol. in pract. §. expedita, num. 76. Barba. conſi. 47. uerſ. ecce nunc poſito Grama. in uot. 30. nu. 39.

Amplia quartò ut procedat non ſolum quando accuſatio præcederet, ſed etiam quando iudex ex mero officio procederet. Nam quomodocunque illi indiciorum copia dare tenebitur. Barba. conſ. 47. nu. 27. in uolu. 1. ubi dicit eſſe de tex. hoc in c. qualiter. §. debet. uerſ. exponẽda ſunt illa capitula de quibus fuerit inquirendum & facultatem habeat ſe defendendi. Aug. de Arimin. & Ang. de malefi. uerbo fama publica, uerſ. Item aduertas. Bertran. in conſi. 187. uolu. 1. Cepol. conſi. 65. Blan. in l. fin. nu. 28. de quæſtio. Aug. de Arimin. in addi. ad Ang. de malef. uerb. ex mero eius officio.

6 Amplia quintò † ut procedat, nõ ſolum in dictis teſtium, ſed etiam in nominibus eorundem, hoc eſt, ut fieri debeat copia & dictorũ teſtium & nominum, & hoc etiam ut ſaluum ſit ius ipſi reo contra dicta & contra perſonas opponendi. Barba. conſi. 47. Cepol. conſ. 65. colum. 2. Boniſa. de Vital. de inq. fol. 33. nu. 25. Blan. l. fin. num. 27. de quæſtio.

7 Quod† uerum intelligas, niſi eſſet

ſet

ſet timor potentiæ ipſius rei, ne te ſtes offendat, puta quia eſſet multum potens & ſolitus maleficium facere. Nam tunc non darentur nomina teſtium, ſed ſolum dicta ipſorum in indiciis. Hoſti. Arc. Imol. Ioan. de Anan. Felin. d. ca. qualiter & quando. Blan. in l. fi. num. 27. de quæſtio.

Ideo uoluit practica, quòd nomina dentur confuſa & ſeparata à dictis teſtium ob potentiam reorum, ne poſſint ſcire, quod ab uno quoque ipſorum teſtium dictum fuerit, ſecundum Blan. ubi ſupra.

8 Amplia Sextò, † ut procedat, non obſtante amplo, lato, libero & abſoluto arbitrio iudici dato. Nam nihilominus debet & tenetur indiciorum copiam dare. Et ratio erit, quia illud arbitrium reſtringitur. Primò, ut conceſſum intelligatur ſecundùm illius ciuitatis conſuetudinem, uel ſtatutorum diſpoſitionem.

Secundò reſtringitur etiam, ut intelligatur ſecundum boni uiri arbitrium & non aliter. Barb. d. conſi. 47. colum. 10. uol. 1. Paris de ſindi. fol. 323. num. 16. Gram. conſi. 64. colum. 2. gloſ. clem. ſæpe, uerbo de ſenſione, de uerb. ſigni. Bar. in l. filiusfamilias. de donatio. Ludoui. Bologni. in addi. ad Guid. de Suza. de iudi. nume. 65. Guid. de quæſtio. uerſic. Item quæro, nunquid Poteſtas.

9 Amplia ſeptimò † ut procedat, etiã dato quòd in conceſſione iuriſdictionis iudici datæ dictum eſſet. Dantes tibi &c. & aliter uel alio modo, prout tibi uidebitur expedire, ſecundum negocii exigentiam & criminum qualitates, ita ut poſſis ad arbitrium tuum modificare, limitare & interpretari ſtatuta & ordinamẽta illa & prouiſiones, quæ in criminalibus diſponunt, prout & ſicut tuæ prudentiæ utile ac ſalubre fore uidebitur pro bono ac pacifico ſtatu. Nam non obſtan. dictis uerbis indiciorum copiam dare tenebitur, & talia uerba, ad arbitrium boni uiri reſtringenda ſunt, uerbo uidebitur, ſecundùm Barba. d. conſi. 47. num. 3. uolum. 10. Ratio, quia dicta uerba debent intelligi aliter & in diuerſo ſenſu uidelicet quòd ſi emergeret caſus enormis, uel aliquod crimen enorme commiſſum eſſet, quòd tunc licitum eſſet iudici in procedendo aliter & alio modo ꝓcedere quàm ſtatuta & conſuetudo diſponunt. Barb. ubi ſupra.

10 Præterea † doct. declarantur ex doctrina regulari. Innoc. in cap. 1. de conſti. ubi dicit, quòd propter emergentiam caſuum licet iudici leges transgredi, ſequitur Bald. in ca. j. §. iniuria. de pace iura. firman. ubi dicit, quòd ſi quis alapã Poteſtati dederit, quòd tunc poteſt iudex excedere pœnam iniuriæ, & arbitrari pœnam mortis, quia licitũ eſt iudici leges transgredi propter caſus emergentiam. Barba. ubi ſupra.

Amplia

11 Amplia Octauò, † etiam ſi iudex poteſtatem & facultatem haberet procedendi ſimpliciter & de plano ſola facti ueritate inſpecta. Nam & tunc indiciorum copiam tradere debet, ut pars opponere poſſit contra dicta & perſonas teſtium contra ſe examinatorum. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. ſupra uerbo figura. uerſic. ſed publicatio teſtium debet fieri. Petrus de Ancha. & Imol. in clem. ſæpe, de uerb. ſignifi. Bologni. in conſi. 36. colu. 3.

12 Amplia Nonò † ut procedat, etiã quòd talis fuiſſet aliàs de ſimili delicto inquiſitus & condemnatus. Nam non obſtante tali condemnatione debet ei indiciorum copia dari, ut ſe nunc in hoc delicto defendere poſſit. Barba. ubi ſupra in d. conſi. 48. uerſicu. quinimò plus dicit.

13 Amplia 10. † ut procedat, etiam ſi inquiſitus eſſet homo malæ conditionis & famæ. Nam hoc non obſtante indiciorum copia ei danda, ut per Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de malefic. uerbo fama publica. uerſi. Item aduertas. Hippol. in l. 1. in princip. nume. 30. in ſi. de quæſtio. Blanc. in l. fina. nume. 28. eod. tit.

14 Amplia 11. † ut procedat, etiam ſi legitima extarent indicia. Nam adhuc torqueri non poterit, niſi indiciorum copia detur. Hippol. cõſil. 13. nume. 13. ubi multa cumulat.

89 Item † uerum eſt, etiam ſi falſum tale doloſè commiſſum fuiſſet, Nam cum nullum damnum inferat de falſo non punitur.Hippol.d. l.1.§.præterea:num.14.de ſicar. & l.1.§.fi. de falſ. Ang.d. uerſi.quæro quot modis.

90 Secundò † falſum non eſt punibile,ſi teſtis falſum depoſuerit ſuper maleficio non punibili. Quod ſi fuiſſet probatum uel non probatum, nihilominus falſum non eſt punibile.puta dixit falſum in cauſa furioſi delinquentis, uel ſimilibus, qui puniri non poſſunt. gloſ. Bart. Salic. Bald.l.Diuus.C.de falſ. Socin. conſi.103.104.uol.1. Ang. de malefi.uerbo falſario.col. 2. uel etiam dixit falſum ſuper delicto,ſuper quo inquiri non poterit,ſecundum Socin. conſ. 104. in fi.uol.1 Salic. in l.fundum.§.fi.de euictio.

91 Tertiò † falſum non eſt punibile ſi ſine dolo commiſſum fuiſſet, & ſine intentione alteri nocendi.l. neque exemplum.C.de falſ. Bart. in l. quid ſit falſum.de falſ.Ruin.conſi. 36.in princip.uol.4. Barba.conſi. 77.uol.4. Paul.de Caſt.conſi.157. uolum.1. Bart.in l.1.§. 1.ff. ſi quis teſtam.liber. eſſe iuſſ.fue. Ioan. de Imol.conſi.104.uiſis & ponderatis Bald.conſi.144.uol.1.Bertran.conſi.175.uol.3. Hippol.conſ.79. per

92 totum † ubi ponit multos modos, in quibus dolus ceſſare præſumitur, ut in rub.de falſ.num.4. & in l.5.num.3.ff.eod.tit. Cepol.conſ. 21.nume.24. & 25.Gandi. de falſ. in princip.Capic.deciſ.67.num.7.

Ang.

Ang. de malefic. in uerbo falſatio. in princip.

Et ſi dicatur, quomodo punietur unquam falſum, ſi ſemper quis negauerit dolo iſtud falſum commiſiſſe, ſed per errorẽ, & per conſequens eum doloſum non eſſe, & impoſibile eſſe reſpondere huic motiuo. Dic, ut latè per Cepol. conſ. 21. nu. 71. cum mu ltis ſequen.

93 Quartò † ſi quis crederet dicere ueritatem, in aliqua re iurauerit ſic eſſe, non erit falſarius, nec periurus licet ueritas ſit in contrarium. Bal. in l. 2. §. quod obſeruare. C. de iuram. calum. Anch. ca. 1. de iuram. calum. in 6. Felin. in cap. 1. colum. fina. ut lit. non conteſt. Hippol. in rub. de falſ. in princ. & in l. 1. §. prӕterea. nu. 13. de ſicar.

94 Quod uerum † etiam ſi fuerit teſtis, cum uehemens credulitas pro certitudine habeatur, ſecundum Inno. in cap. ſi poſt medium. de iuram. calum. Hippol. ubi ſupra, puta, habebam mecum in ſocietate mulierem uirili ueſte ueſtitam, quę primo aſpectu ab omnibus uir reputabatur. Vnde facio aliquem actum, uel cõtractum cum illa muliere, teſtes autem ſuper hoc examinati dicunt, quòd quando contrax erat mecum in ſocietate quidam uiro mutuauit mihi quaſdam monetas argenteas, quӕ primo aſpectu uidebantur aureӕ, Teſtes inducti ſuper hoc dicunt cum iuramento, quòd, iſte talis mutuauit mihi centum aureos. Qui his caſibus uel ſimilibus periurii ſeu falſarij reputari non poſſunt, nec per conſequens de falſo puniri. Hipp. d. rubr. de falſ. in princip. ſimiliter

95 † ſi errore ductus falſum dixerit non autem malignitate. puta. ſi ruſticus, uel alius ſimilis errore ductus contrarium depoſuerit eius, quod primò dixerat. puta, quia nõ intelligebat, non poterit puniri. Ita Ang. in auth. de teſta. §. licet. Hipp. in rub. de falſ. nu. 6.

96 Quintò ſi quis falſo inſtrumento uſus fuerit non punietur de falſo, ſi probauerit illud feciſſe ab alio deceptus. Nam per illud ſuam innocentiam excuſabit. Bonifa. de falſ. col. 3.

97 Sextò † ſi quis ſuper cap. uero teſtem produxerit, qui falsò depoſuerit, ſi ad eius notitiam peruenerit, quòd falſum depoſuit, non proptérea incidit in falſum, ſi ab uſu atteſtationis ipſorum teſtium deſiſtat, quia hoc non eſt uti ſed uſum fuiſſe. Sed ita demum tenebitur ſi ab uſu ipſorũ deſiſtere nollet. Bald. in fin. in l. fina. C. ſi ex falſ. inſtrum. Alex. conſ. 124. uolum. 6. Cepol. cautela. 53.

98 Septimò † falſum non erit punibile, ſi quis ignoranter fecerit falsũ articulum, & ſuper illo teſtes produxerit. puta, ſi eſſet in facto alieno uel proprio in caſu, in quo ignorãtia prӕſumitur, & eſt probabilis. Et ratio eſt, quia falſum ſine dolo non committitur. Capic. deciſ. 67. num. 67. Aret. cap. prӕſumptio. de

de teſtibus.

99 Octauò † ſi quis ſciat ſe falſas literas habere, infra 20 dies deſtruxerit uel reſignauerit. Bonifa. de falſ. nume. 4.

Quod uerum eſt, quando alia perſona literas imperrauit. Secus ſi ipſemet impetraſſet, nam tunc pœnam falſi non euitabit. capitu. ad falſariorum de crimi. falſ. Bonifa. ubi. ſupra.

100 Nonò, ſi † Notarius falſitatem ſecerit in aliquo inſtrumento inualido ex defectu alicuius ſolemnitatis, uel actus ſubſtantialis, uel omiſſionis diei, uel loci, uel iuriſdictionis de falſo puniri non poterit.

Quod uerum eſt, de pœna corporali, uel ordinaria, ſecus de alia pœna, nam puniri pœna extraordinaria poterit, ſecundum Gram. uoto 25. circa fin. & deciſ. 74. nume. 20. uel punietur etiam ad damnum perſonæ læſæ ex tali inſtrumento propter ſuam imperitiam. ſecundum Bonifa. de falſ. nu. 29.

101 Decimò † falſum non erit punibile, quotieſcunque teſtimonium illud aliqua de cauſa non ualuerit. puta, quia non iuratus, uel parte non citata, quis teſtificatus fuiſſet, uel examinatus à iudice incompetenti, uel à notario abſque iudicis commiſſione, uel iuriſdictionem non habente. Nam tali caſu de falſo non punietur aliqua pœna. Hippolit. ubi plures cumulat, in l. 1. §. præterea num. 14. de ſicar. & in cõſi. 105. num. 11. ubi multa cumulat, pulchrè Gandi. de falſ. nu. 21. Grama. deciſ. 2. nu. 8. gloſ. & Doct. in l. Diuus Adrianus. C. de falſ. Anchar. conſ. 172. Alexan. conſ. 70. & 74. uol. 1. Bonifa. de falſ. num. 21. quod uerum eſt, etiam ſi talis falſitas in tali teſtificatione dolosè facta fuerit. Nam nihilominus non punietur. Hippo. ubi ſupra. Gram. in deciſ. 2. nume. 8. Bonifa. de falſ. nnme. 21.

Quod uerum eſt reſpectu producentis, nam producens falſos teſtes ſciẽter non punietur de falſo, ſi illorũ teſtimonium prædictis de cauſis non ualebit. Bonifa. de falſ. numero 21.

Intelligas prædicta eſſe uera quantum ad pœnam falſi ordinariam, ſed bene punietur pœna extraordinaria. puta ſtellionatus. Ita concludunt multi doctor. relati per Aug. de Arimi. in addi. ad Angel. de malefic. uerbo falſario. ueſicu. quæro teſtes.

102 Vndecimò † ſi quis falſificauerit ſcripturam nullam fidem faciẽtem, de falſo non punietur. Paul. de Caſt. conſ. 151. uidetur dicendum, quòd dictus presbiter, lib. 1. Bart. in l. 1. §. qui in rationibus, de falſ. Hippol. l. 1. §. præterea. nume. 15. de ſicar.

103 XII. Si † teſtis falſum dixerit ſuper acceſſorio, & non ſuper principali facto non repellitur, ſed eius dictum purgabit & ualebit, & tali caſu uon punietur pœna falſi, uidelicet pœna ordinaria, ſed bene

ne pœna ſtellionatus. puta, ſi aliquis eſt mihi affinis aliqua leui uel longa affinitate, & deponat in cauſa mea, & ſuper interrogatoriis interrogatus, an ſit meus affinis, & reſpondeat quòd non, certè illud dictum ualebit, quia omnino ſi expreſſiſſet illam leuem affinitatem, non repelleretur, neque ſibi de fide minueretur. ſed bene de tali mendacio crimine ſtellionatus puniri debebit, Ita ſingulariter uoluit Iacob. Butri. l. Lucius. de infam. qđ dictum refert & ſequitur Ang. cōſi. 290. uiſo proceſſu cauſæ, Deci. conſ. 1. num. 4. uol. 1. Hippol. in l. 1. §. præterea. num. 31. de ſicar. & l. 1. in princip. nu. 15. de falſ. Grama. conſ. 19. num. 4. ubi multos cumulat. Ant. de Butr. in cap. cum causā in fine de teſtib. Bald. & Salic. in l. penul. circa finem C. de tranſactio. Imol. & Ioan. de Anan. in c. fraternitatis. de teſti. Alex. conſ. 5. uol. 1.

104 Quod amplia, ut procedat † etiā ſi teſtis ſcienter adderet aliquam falſitatem dicto ſuo, nam per hoc falſarius non dicetur, neque eius dictum uitiabitur. Dummodo nō tangat ſubſtantialia negocij principalis, ſuper quo deponunt. puta ſi interrogatur de nomine contrahentis, uel de parentela, aut de qua parrochia. Gram. dec. 43.

105 Immò ſcias † quòd etiam ſi falſitas ſit ſuper facto principaliter, dūmodo ſit modica, non nocebit, neque uitiat teſtis depoſitionem. latè Gramat. conſ. 33. num. 12. & deci. 43. Ant. de Butr. cap. 2. de reg. Iaſ l. ſi ex falſis. C. de tranſactio. Felin capit. cum tamen. uerſicu. 2. nota de teſtib.

106 XIII. † Falſum punibile non erit, ſi committens falſum aliqua uſus fuerit cautela, uidelicet ſi quis à ſolo notario examinatus falſum depoſuerit, uel de falſo accuſatus, uel inquiſitus fuerit, dicat ſe aliter depoſuiſſe ſeu dixiſſe in ſua depoſitione, quàm quòd notarius ſcripſerit, dūmodo formet dictum ſuum taliter, quòd non ſit aliqua ſuſpicio falſitatis. Nam hoc modo dato quòd ſua depoſitio de falſo conuincatur, tamen ſtante reſponſione, de qua ſupra, non poterit tanquam falſarius puniri. Et ratio eſt, quia tunc ſcriptura illa ſola ipſius notarii non facit fidem. Ideo puniri ex ea quis nō poteſt. Thom. Ferr. cautela 26. Specul. de teſtib. in §. 1. uerſ. ſed pone. & in tit. de inſtr. edit. §. reſtat. uer. ſed quid ſi unum. ubi dicit, quòd omnes docto. Bononien. concordant, quod non credatur tabellioni contra teſtem:

Quod maximè procedit, quando notarius aliàs de falſo fuiſſet condemnatus. Nam tunc ei nulla adhibetur fides, ſecundum Bal. conſ. 501. uolum. 5. quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, ſequitur Rom. l. 1. §. fi. de uerb. oblig. Abb. in cap. ad audientiam. uerſ. 2. facit iſte tex. de teſtib. Ang. & Imol. in l. 1. §. ſi quis

neget.

neget. quemad. teſtam. aperiant. Imol.clem. 1.de hæret. ubi Cardi. in fine & Salicet. poſt Bald. in l.ſi quis decurio.uerſ.pone quòd teſtis C.de falſ.Bart.in l.ſi quis legatum. quæſt.penul.de falſ.Grama.latiſſimè conſi.30.nu.11.Alex.conſ.65.
107 colu.1.uolu.1. Nec † huic concluſioni obſtabit communis concluſio,quæ habet,quòd teſtis dicẽs ſe aliter dixiſſe quàm quod notarius ſcripſerit,potius ſtetur ſcripturæ quàm dicto ipſius teſtis,niſi notarius ſit perſona ſuſpecta, ut uoluit Specul.de teſtib.§.1.ſed pone, ecce iudex. Imol.in ca.cum Ioan. Heremita. num.19.gloſ.tabell. de fide inſtrum. Ant.Abb. in ca.cum dilecti. de accuſ.ubi. Ioan.Anan. uerſicu.nota quòd quando aliquis examinatur. Bald.c.literas.de præſumpt.Flori.in l.de ætate.C.de ꝓba.ubi dicit, quòd per iſtam quæſtionem poteris burſam implere. Quia reſpõdetur, quòd præfata cõmunis concluſio procedit quantũ ad probandum in cauſa pecuniaria,ſecus quando produceretur talis ſcriptura depoſitionis recepta à ſolo notario in criminalibus, & ſic ad hoc, ut teſtis de falſo puniatur, nam tunc ſi ipſe teſtis dixerit,ſe aliter dixiſſe quàm quod in actis continetur,tunc teſtis ſcriptura depoſitionis non facit fidem, & procedit opinio ſupradicta.Ita notabiliter tenuit Thom. Ferrar. cautela 26.

Quintò principaliter quæro, quot ſpecialia habeat falſitas.

Dicas in falſi crimine multa ſpecialia reperiri.

108 Primum eſt, nam † in generali ſermone delictorum remiſſionis, nunquam comprehenditur crimẽ falſi, ſed neceſſe eſt, ut de eo mentio fiat ſpecialis. Bart.in l. Lucius. in fin.ad Turpil. Petrus de Ancha. ca.1.uerſ.tamen ſi ſtatuto.de conſti.Nell.tráct.banni.5.par.2. temporis.q.4. Hippol.rub.de falſ.nu. 23.& conſ.105. num.8. Gramat. dec.2.nu.8.

109 Quod † limita non procedere, quando in carceribus, uel in banno non eſſent alii carcerati,uel banniti pro aliqua cauſa alia, quàm ꝓ falſitate,gaudebũt bñficio remiſſionis. Nell.in tracta.banni.d. q.41. Hippolit.de Marſ.rubr.de falſ.numero 13.

110 Item † limita non procedere, quando banniti,uel carcerati eſſẽt tres,quorum duo erant carcerati, uel banniti pro falſitate,alius uerò pro alio crimine, tunc.n. cum rectus ſermo pluralis numeri poſitus in ſtatuto uel commiſſione uerificari non poſſit, ad illos etiam de falſitate porrigetur. Nell.ubi ſupra Hippol.ubi ſupra. Cacialup.l.omnes populi. de iuſtitia & iur. colum.112.

111 Secundum ſpeciale eſt. Nam † licet aliàs condemnatus ad mortem ſi ad locum ſuplicii ducatur & in uia Cardin.obuiauerit à morte liberetur, ſi Cardinalis pileum

ſuum

ſuum ſuper caput eius impoſuerit ſecundum Bald.Paul. Salic.l.addictos C. de appell. Cepol. caute.2. Hippol.rub.de falſ. num.14. tamẽ hoc non habebit locum in condẽnato ad mortem crimine falſi, & ideo talis non liberabitur.licet Cardinalis Pileum in eius caput imponat.Barb.in tract.ſuo Cardi.q.9.1. part.Hippolit. d.rubr. de falſ. nume. 14.

Tertium ſpeciale eſt.Nam licet pœna delicti mutua compenſatione tollatur.l. uiro atque uxore,ſol.matr.

112 Tamen † ſecus in crimine falſi, quia in eo falſitas cum alia non cõpenſatur, ſed utraque punietur. Bal.in rub.C.de fide inſtrum.uerſ. incidenter etiam quæro. Hippol. in rubr.de falſ.nume.15. & conſi. 105.num.9.

Quartum eſt. Nam licet confirmatio operetur ſupplementum defectus exiſten. in confirmato, ut habetur in cap.quoties,de pact. & in c. 1.de tranſactio. & per Oldrad.con ſi. 107. factum tale eſt. Hipp.ſing.

113 79. confirma. tamen † ſi illud, quod confirmatur. puta priuilegiũ reperiatur falſum, tunc confirmatio facta cum quacunque clauſula, uel ex certa ſcientia, uel motu proprio, ſeu alio modo, non prodeſt,& nihil operatur.ita. Abb.c. inter dilectos,de fide inſtrum.ubi Felin. Hippol.rubr. de falſ.nume. 17.&18.

114 Quintum eſt.Nam † conuictus de hoc crimin e,ſi eſt clericus, ſtatim deponitur & curiæ traditur ſeculari.ca.ad falſariorum. de crimi. falſ. quod generaliter in aliquibus non concurrit ca.cum non ab homine.de iudi. Hipp.in rub.de falſ. nume.22.

115 Sextum eſt.Nam † in hoc crimine quis ſine accuſatione condemnatur,quod aliàs non contingit regulariter. c.nihil.2.q.1.l. munerũ §. defenſionis. de mun. & honor. Hippol.ubi ſupra. Archid.in ca.in memoria.19.diſtin.Maran.in Speculo ſuo aduoc.pa.4.nu.148.Curt. Senior conſ.55.nu.16.

116 Septimum eſt. Nam † ſi crimen falſi incidenter deducatur in lite, pronunciatur ſuper eo.l.ubi C. de falſ. Quod regulariter non fit.l. 1. C. de ordi.cogni. Alex.conſ.77.in caſu accuſ.uol.1.col.4.Alex.conſ. 62.uolu.3.& Hippol.rubr. de falſ. nu.20.Archid.c. in memoria.in fine.19.diſtin.

117 Octauum eſt. Nam † licet regulariter in crimine uel inquiſitione delictorum debeat poni locus & tempus commiſſi delicti,tamẽ hoc fallit in crimine falſi. Quia in tali appoſitio loci & temporis non requiritur. Ang. de malefic.in tract. malefi. uerbo falſario. uerſ. & tene menti, quòd iudex inquirens, & in uerbo platea communis, in princip. & Hippol.in rubr. de falſ. nume.16.

118 Nonum ſpeciale. Nam † iudex poteſt punire de falſo producẽtem ſcripturam ſuſpectam, licet non

clarè probauerit, quòd ſit falſa, quod in aliis criminibus non eſt, quia in eis debent eſſe probationes luce meridiana clariores.l.fi. C. de proba. ſed in falſo ſola ſuſpicio trās fert onus probandi contrarium in aduerſarium, hoc eſt, in ipſum pro ducentem. Marant. in Specul. aduocat. fol. 105. num. 149. in fin. Luc. de Penn. l. ſi uacan. uerſ. eſt etiam in eo aliud ſpeciale C. de bonis uacan. lib. 10.

119 Decimum ſpeciale. Nam † licet doctor torqueri non poſſit, ut per Gramat. 25. uoto. Tamen ſi fuerit inquiſitus de falſitate bene torqueri poterit. Gram. uoto 25.

Vndecimum eſt. Nam regulariter cōfeſſio incidenter facta & non principaliter in criminalibus licet ſit ſpontanea, nō operatur nec eſt tam potens, ut confeſſus poſſit condemnari ſolita ordinaria pœna delicti. Hipp. in ſing. 229. & in pract. §. cōſtante. nu. 49. & in rub. C. de proba. num. 38. & in pract. §. poſtquā. num. 9. Imol. cap. fin. col. penul. de confeſ. Abb. in c. at ſi clerici. colu. 2. de iudi. Ant. Corſ. ſingulari uerbo confeſſio. fol. 149. & tamen in crimine falſi ſecus eſt. Nam in eo ex confeſſione, etiam incidenter facta quis condemnari poteſt. Socin. præceptor conſi. 39. col. 3. uolu. 2. Pet. de Anchar. conſi. 172. circa princip. ſequitur Deci. in c. at ſi clerici. uerſicu. ſed iſta limita. de iudiciis.

Duodecimum & ultimum ſpeciale

121 eſt. Nam † in crimine falſi ſola ſuſpicio falſi pro ueritate habetur. Archid. & Domin. de Sancto Gemi. in c. in memoria. 19. diſtin. Alexā. conſ. 77. in cauſa accuſationis. uol. 1. Petr. de Ancha. conſi. 172. circa princip. col. penul. Hippol. conſi. 27. nu. 9. & in rub. de falſ. nu. 19. Bal. in l. ſi ueritas. C. de fidei. Ioan. de Anan. in c. licet. colu. ult. de crimi. falſ. §. qualis probatio requiratur. poſt princip. Dec. in conſ. 448. num. 28. uol. 4. Maran. in Speculo aduocat. fol. 105. nu. 140. Ioan. de Anan. in rubr. de crimi. falſ. Abb. in c. porrecta. in 3. nota. de confir. util. uel inut.

122 Quod uerum † niſi à parte producente ueritas probetur. Archid. d. c. in memoria. 19. diſtin. Maran. ubi ſupra quod in aliis delictis nō procedit. Ioan. de Anan. in rub. de crimi. falſ. Curt. Senior conſ. 55.

123 Item † uerum eſt, ut ſola ſuſpicio falſi pro ueritate habeatur, dūmodo aliqualis diffamatio ipſius prius præcederet, aliàs ſecus. Capi. in deciſ. ſuis q. 30. Petr. Cin. l. ult. C. de falſ.

124 Item † uerum, quod ſupradictū eſt, uidelicet quòd falſi ſuſpicio pro ueritate habeatur, non ſolum quoad torquendum ſed etiam quoad puniendum. Nam iudex poterit illum punire ex ſola criminis ſuſpicione, niſi reus illam ueram eſſe probauerit. ut dicit tex. ubi Bald. & Salic. in l. iubemus. C. de proba. Maranta fol. 105.

Sextò

Sextò principaliter quæro quot modis falſitas cognoſci poſſit, ſeu quæ ſint falſitatis indicia.

Dicas falſum multipliciter cognoſci poſſe.

Primum.n. indicium falſitatis eſt, ſi

115 † reperiatur in inſtrumento uel reſcripto raſura ſuper facti narratione, uel alio loco ſuſpecto, puta in ſumma numeri, ſecus uerò ſi reperiatur in narratione iuris, ca. ex literis, de fid. inſtrum. Boniſa. de falſ. nume. 5. Maran. fol. 105. numero 149.

116 Quod uerum † quando raſura multas ſillabas & literas comprehenderet, ſecus uerò ſi reperiatur in paucis locis, quæ ſapientis animum in dubitationem non inducant, nam tunc non noceret, ſecus ſi eſſet unius ſillabæ uel defectus literæ. c. ſi. de falſ. Boniſa. ubi ſupra niſi eſſet in loco ſuſpecto. puta in narratione quantitatis uel numeri. Nam tunc falſitatem inducit. Boniſa. ubi ſupra, c. olim. de priuileg. Maran. fol. 105.

117 Secundum indiciũ eſt. Nam † ſi in aliquo libro reperiatur appoſita charta nouiter cum uno diuerſo ſigno ab aliis chartis. Nam tunc indicium falſitatis iudicabitur. Paris de Put. de ſindic. fol. 329. col. 1.

118 Tertium eſt † ſi reperiatur illa charta nouiter inciſa aut maculata. Paris ubi ſupra.

119 Quartum eſt † ſi charta illa fumo infecta reperiatur, & liber ille antiquus fuiſſet, Paris ubi ſupra.

130 Quintum eſt † ſi chartæ eſſent plures in uno quinterno quàm in alio, maximè habita fide à librario quòd ſolitus ſit facere chartas æquales in libris ſuis ſcribendis. Barba. conſ. 53. col. 2. in uol. 3.

131 Sextum † quando illa carta, in qua aliquid ſcriptum eſt, de quo dubitatur, eſſet longior alia charta Barb. ubi ſupra.

132 Septimum indicium † ſi aliqua apoſtilla reperiatur diuerſo atramẽto confecta in parte ſubſtantiali. Puta circa appoſitionem nominis, quantitatis &c. hac enim diuerſitate atramenti apparet, quòd dicta apoſtilla ex interuallo facta eſt: Curr. Iun. conſil. 82. ad fin. Aimo conſi. 134. num. 27. Ancha. conſil. 431.

133 Octauum indicium eſt † ſi quis dixerit. 5. teſtes fuiſſe præſentes alicui actui, uel 5. canonicos, quando alicui beneficium contulerant, & cum oppoſitum fuiſſet de falſo, agens tres tantum teſtes examinaret, & non alios duos, certè ex hoc magna arguitur con. partem ſuſpicio falſitatis. Aret. conſi. 13. col. 3. uerſ. prætærea cum matrimonio. & in conſi. 82. col. 3. Aimo conſ. 134. num. 28.

134 Nonum indicium eſt, ſi † pars dixerit nolle uti inſtrumento ad aliquid probandum, ſed teſtibus omnia probare intẽdit: certè hoc caſu ſi ſcriptura uera eſſet, utique ab ea recedere non licuiſſet, cum inſtrumentum dicatur probatio facta.

iux.tex. l.cum precib. C. de prob. maximè cum iſta probatio tutior, ac facilior ſit probatione teſtium. Aimo conſi.134.num.30. Cur.Iu. conſ.64.col.3.l.ſi adulteræ.C.de fide inſtrum.not.l.ſi falſus.C.de falſ. Corn.conſi.223.col.2.lib.7.

135 Decimum eſt † ſi inſtrumentum non eſſet antiquum, ſed paruo tempore confectum, & omnes teſtes in eo deſcripti mortui eſſent; Nam uerisimile non eſt in tam paruo tempore. Vnde in hoc iudex conſideret, an teſtes in inſtrumento deſcripti eſſent iuuenes, uel ſenes. Barb.in conſi.43. col.2.uol.1.

136 XI.Si† probaretur, quòd teſtis, uel aliquis ipſorum eo tempore, quo confectum fuiſſet inſtrumentum, abſens erat, & in alieno loco, maximè ſi locus ille taliter diſtabat, ut uno die illuc uenire non potuiſſet. Barbat.ubi ſupra.Bonif. de falſ.nu.7.

137 XII.eſt, ſi†literæ ſeu inſtrumentum eſt contrarium alteri prius ab eodem inducto.l.ſcripturæ. C. de fid.inſtrum.c.importat.de fi.inſtr. Bonifa.de falſ. nu.6.

138 XIII.eſt nam† literæ Papales ſūt ſuſpectæ, ſi in eis eſt mala gramatica.c.ad audientiā.de reſcr.Boni.ubi ſupra, non autem ex hoc uitiabitur inſtrumentum.Bonifa.nu. 7.

Item, literæ Papales ſunt ſuſpectæ, ſi fuerint impetratæ per aliquē nō habentē ſpeciale mandatū.c.nonnulli de reſcr.& c.ex parte.eod. Bonifa. ubi ſupra.

Item, ſi habeant ſigilla falſa præſumūtur falſę.c.inter dilectos.de fid.inſtru.Bonifa.ubi ſupra.

Itē, ſi literę papales uel inſtrumēta publica non habeāt annū et diē, quo factæ ſint, in dictionem & locū & ſimilia, ut in authē. ut præponatuę nomen imperatoris.§.1. & fi. Bonifa.ubi ſupra.

Item, falſæ præſumuntur literę & inſtrumenta, ſi præſumitur aliter rē eſſe geſtā, quàm in ipſis cōtinetur. c.Ioannes.de fide inſtr.Bonifa. ubi ſupra.nu.7.

Item, præſumitur falſum inſtrumētū, quando eſt abraſum & per manum alterius perſonæ ſcriptum, uel remiſſum, uel ſi eſt interlineatura, uel cancellatura, uel quid ſimile. Bonifa.de falſ.nu.7.

Itē, ſi inſtrumētum ab uno incipiatur & ab alio cōpleatur. & idē ſi unus ſcribat inſtrumentū & alius apponat ſignum ſuum.Bonif.ubi ſupra

Item, quādo teſtis contradicit inſtrumento, tunc pręſumitur falsū. l. j. in fi.C.de teſta. Bonifa. ubi ſupra.

Itē, falſum præſumitur, ſi legitimū numerū teſtiū non habeat. §. oportet auth.de fid.inſtr.Bonif. ubi ſupra.

Itē, quādo teſtes nō fuerunt præſentes negotio uel non rogati in talibus, in quib.debent eſſe rogati, ut in teſtamentis, & ſimul. Bonif.ubi ſup.

Item, quando inſtrumentum eſt inciſum.l.j.§.pen.ſi tabulæ teſta.nullę extabunt.Bonifa.ubi ſupra.

Septimò principaliter quæro, quē eſſectum habeat falſitas.

Di-

Dicas, falſitatē multos effect⁹ operari.

139 Primus effectus. Nā† ſi falſanē actu cauſæ debet perdere cauſā. Et hoc, quia coniecturatur ſeu præſumitur ſe fouere iniuſtam cauſam. Nā alias nō falſificaſſet acta. Abb. c. cum uenerabilis. de except. Bar. & gl. l. in fraudē. §. quoties. de iure fiſ. Hipp. de prob. n. 186. Intellige ut infra uerſ. quartus eſt, nam &c.

140 Secūdus eſt. Nā † exceptio falſitatis impedit executionē inſtrumēti, cū prǽiudicialis eſt ad cām ciuilē. Barb. in d. cōſ. 43. col. 3. uol. j. Gra. conſ. 134. nu. 26. Dec. cōſ. 194. uerſi. præterea dico. li. 2. & cōſ. 28. poſt mediū. & cōſ. 98. li. 3. Io. de Anan. conſ. 49. dubiū de quo quæritur.

141 Tertius eſt. Nā† ſi notarius de falſo fuerit condēnatus, amplius arte ſua uti non pōt. Gand. de falſ. n. 30. Bonifa. de Vital. de fal. nu. 325. Ange. de malef. uerbo falſario. uerſic. quæro aliquis.

142 Quod† uerum eſt, non obſtante, ꝙ iudex in ſua ſententia condēnatoria reſeruauerit ſibi artem ſuam Nam nihilominus non poterit ulterius uti arte ſua, & inſtrumenta poſtea facta non ualebunt. Gand. ubi ſupra. Boniſ. de fal. ubi ſupra. nu. 25. Ang. de malef. ubi ſupra.

143 Item† uerum eſt, ſi falſitas in arte notariatus commiſſa fuiſſet, ſecus ſi aliter, doct. l. et militib. C. de teſtam. milit. Bart. in l. non poteſt. de iu. Ang. de malef. uerſ. quæro aliquis notarius.

144 Quartus eſt. Nā cōmittēs falſitatē in cā ꝑdit cām, ꝙ uerū eſt ſi talis falſitas cōmiſſa fuiſſet ꝑ principalē, ſecus per procur. Io. de Ana. cōſ. 12.

145 Quintus eſt. Nā† ſi in uno inſtro unū capitulū falſum reperiatur ſi in parte falsū ſit, licet reliqua uera ſint, tamē totum inſtrm̄ falſum ꝑſumitur. Et iō ſi unus teſtis in eo deſcriptus falsū dixerit, omnes alii deſcripti falſi ꝑſumendi ſunt. Barba. conſ. 43. col. 3. uolu. 1. Similiter ſi unū capitulum falſum ſit, totum ēt falſum præſumitur, licet uera ſint aliqua. Gand. de fal. nu. 8.

146 Sextus effectus eſt. Nā† ſi teſtis inductus eſt ſuper plurib. capitulis, & dicat falſum ſuper uno capitulo præſumitur ſuper omnib. aliis capitulis falſum dixiſſe. Vnde reprobatur in omnib. tanquam falſarius. l. qui falſo. de teſti. l. eos. C. de teſt. Inno. in c. fraternitatis. de hære. Boni. de falſ. nu. 22. Gand. de fal. nu. 26. & ita aſſerit eſſe cōem opi. Soc. ꝑceptor. conſ. 41. col. 2. uol. 2.

Amplia ut ꝓcedat, ēt ſi ſuper uno capitulo falſum depoſuiſſet ignoranter, Soc. præceptor ubi ſupra. Nec huic ampliationi obſtat, qđ uoluit Fel. in c. fraternitatis. col. fi. uer. ſed i. fallit, de hæreti. Dum uult, ꝙ tali caſu dictum teſtis non dicatur falsū, quando ꝑ errorē dictum fuerit, Quia reſpōdetur, & hoc mō ad cōcordiam reduci pōt, vȝ. Aut quærimus, an teſtis falsū deponēs uel pirus ignorāter poſſit tanquam falſarius periurus condemnari. & tu dicas ꝙ non, & in hoc caſu loquitur

Fel.

Fely.in d.c.fraternitatis. Aut quæ-rimus, utrum teſtis uerum uel fal-ſum dixerit aut dictum eius ubi falſum cóſideretur in ſe, & ſic quo ad effectum probationis dicatur te ſtis dixiſſe falſum, uel etiam quis dicatur uerè perieraſſe, & tunc ẽt quòd quis in ſuo dicto errauerit, omni dolo carebit, & debet atten-di ipſa ueritas, ut uidelicet uerè fal ſum dixerit, & tanquam falſum di ctum eius in probatione debebit conſiderari, & ſimiliter etiã quòd uerè dicatur periuraſſe, & pro per-iuro habebitur quoad ſui effectum & in hoc caſu procedit dictum So ci.ſupra relati d.conſi.41. colu. 2. uolum.2.& hanc diſtinctionem fe cit Iaſ. in l. qui iuraſſet. uerſ. puto pro concordia poſſe dici. de iure-iur. ſequitur Socy. præceptor nu. 8.& 9.

147 Amplia ſecundò † ut procedat non ſolum in depoſitione facta poſtquam falſum commiſit, ſed etiam in depoſitione facta antequã falſarius eſſet. Nam omnia dicta per ipſum teſtem falſa reputabun-tur, & pro falſis habebuntur, unde dicta omnia per ipſum falſa ſunt, uel nulla etiam ante illam falſitatẽ Soci.præceptor conſ.41.num. 11. 12.13.& 14.uolum.2.Et ratio erit, quia ſicut deducta eſt falſitas in u-no articulo,præſumitur in aliis ar-ticulis interuenire.

148 Nec † huic ampliationi obſtat, quod notabiliter dixit Alexã.conſi. 88.quoniam omne datum. uerſic. ſecundò reſpondeo.uolum. 5. Vbi uidetur dicere quòd non uidetur, quòd dictum teſtis nitiari debeat, quod in depoſitione prius præceſ-ſerat,ſed ſolum illa dicta, quæ poſt periurum ſecuta fuerunt. Et quòd illa regula,qua dicitur. Teſti, qui in uno falſum dixerit, non eſſe in aliquo eius dicto credendum, fun datur ratione periurii ipſius teſtis, quod commiſſit dicendo falſum, propter quod uidetur quòd ſolum illa regula procedat in his, quæ ip-ſe teſtis depoſuit,poſtquam falſum dixit,& ſic poſtquam fuit periurus, non autem in his,quæ prius depo-ſuerat, illa enim dicta cum non à periuro depoſita fuerint, non ui-dentur reiicienda, ſecundum Ale. ubi ſupra.Quia reſpondetur, & ita hæ duæ opiniones concordari poſ ſunt. Nam dictum Alex. ubi ſupra, procedit,quando teſtis dixerat fal-ſum ſuper eo, & circa ea, quæ non reſpiciunt ſubſtantiam cauſæ & fa ctum principale, prout Alexan. ait Et quando iſtud non diceret, tamẽ illud colligitur ex doctrina Bald.in rubr.de controuer.inueſti. uerſ.10. nota.ubi Bald.in hoc ponit exem-plum, ſi teſtis interrogetur ſuper ueſtibus, ſuper nubilibare cœli & ſimilibus, falſitas enim teſtis ſuper talibus non facit eum repelli, uel dictum eius reiici,quòd antea de-poſuerat ſuper ſubſtantialibus uel ſuper facto principali. Et in his terminis debet intelligi, quando teſtes depoſuerunt falſum ſuper fa cto

cto principaliter & in reſpiciētibus ſubſtantiam cauſæ, quo caſu, &c.
Quam concordiam facit Soci. præce ptor ubi ſupra. num. 12. & Boniſa. de Vital. titul. de falſ. num. 22. ubi etiam dicit, quòd ſi tu non uis ſuſti nere prædictam diſtinctionem poteris dicere, quòd opinio Socin. eſt magis communis, non obſtan. opinione Alex.
Octauò principaliter quæro, quæ ſit pœna falſi.
149 Dicas † quòd non poteſt dari in hoc terminata reſponſio, cum di uerſis modis falſitas committatur, unde diuerſæ pœnæ imponi debēt. Vnde dicas quòd falſitas punitur ſecundum diuerſitatem cauſarum & falſitatum, & cum uariis modis committatur, ſimiliter uariis pęnis punire debebit. Boniſa. de Vita. de falſ. nu. 4.
Item, quòd pœna falſi (ſecundum ueteriores leges) eſt deportatio & bonorum publicatio in libero homine, ſed in ſeruo eſt ultimum ſupplicium. l. 1. §. fi. de falſ. Boniſa. de falſ. num. 3. Sed de nouo iure bona amplius non publicantur. Auth. hodie. C. de bon. damn. Boniſa. ubi ſupra.
150 Teſtis † ſi falſum teſtimonium dicat pœna deportationis cum pu blicatione omnium bonorum pu niri debebit l. 1. in princip. & §. fi. de falſ. Gandi. de falſ. colum. 2. in princip. aut eſt ultimum ſupplicium, ſed hodie de conſuetudine dicta pœna non imponitur, ſed pœna falſi erit ſecundum formam ſta tutorum & conſuetudinis, & ſic ſi per ipſum impoſita non erit ſtādum erit iudicis arbitrio. Gandi. de falſ. nu. 3.
Quod uerum eſt in cauſa ciuili & pe cuniaria, ſecus in criminali, nam teſtis dicens falſum in cauſa crimi nali punitur. l. Cornelia de ſicar. tex. eſt ubi Hippol. in l. 1. §. præterea. de ſicar. et Hippol. l. 1. in prin. de falſ. fol. 74.
151 Teſtis † ſi in cauſa criminali fal ſum dixit contra inquiſitum, tunc debet puniri ea pœna, qua ille inquiſitus uel accuſatus puniendus ueniret, ſi crimen illud probatum fuiſſet, & ſi pœna ordinaria uel cor porali in hoc eſt ſtandum conſuetudini, qui per ſuam teſtificationem ponit inquiſitum in diſcrimi ne uitæ ſeu amiſſionis honorum non obſtante eius innocentia, ſecus eſt, ſi teſtis deponeret falſum contra fiſcum, & ſic in fauorem in quiſiti. Nam tali caſu non debet mori, neque pœna corporali puniri ſed iudicis arbitrio, Alex. conſi. 55. in fi. uo. 7. Guill. de Cun. l. preſ byter. C. de epiſ. & cleri. Gram. uo to 5. ubi ponit rationem diuerſitatis, & uult talem non poſſe puniri pœna ordinaria, Hippol. in l. 1. §. pręterea, de ſicar.
152 Si † quis literas principis falſauerit pœna capitis plectendus eſt, quod uerum, Dummodo falſauerit etiam ſigillum, aliàs ſecus. Grā. uoto 25. num. 9. And. Iſern. in cōſti.

ſti.regni. qui literas.& melius ca. 1.de milite uaſall. qui contum.eſt ubi latè.

153 Si † quis uerò literas inferioris à principe falſauerit non debet ita acriter puniri, Gramat. ubi ſupra. Abb. in cap. olim. de reſcript. in uerbo nota. Felin. in c. 1. uerſic. ſtilus curiæ. circa fin. de reſcript. Maria. Socin. in cap. ad falſariorum.

154 de crimi. falſi. ſecus † in mandante talem falſitatem fieri. Grama. in deciſ. 22. col. penul.

155 Falſificans † menſuras & pondera diuerſimodè puniri poteſt. Nā aliquādo ad pœnam relegationis, aliquando ordinariè l. hodie. de extraordi. crim. l. annona. §. onera. & in l. Sardina. de pœn. Bonifa. de falſ. colu. 2.

Si quis ſigillum mutauerit, corrupperit ſeu confecerit puniri debet pœna l. Corneliç de falſ. Hippol. in l. j. §. qui in rationibus. de falſ.

156 Teſtis † ſi falſum dixerit & propter ipſius teſtificationē ſeu depoſitionem aliquis fuerit ſuſpenſus, decapitatus, uel fuſtigatus, extunc debet eadem pœna puniri, qua ille punitus fuerit. tex. not. l. 1. C. de ſicar. quē tex dicit ſingularem Bald. cap. 1. uerſ. Item quòd falſ. Bald. in l. presbyter. uerſic. ex qua materia. C. de epiſ. & cleri. gloſ. ca. 1. 12. q. 3. Felin. in c. ſicut, in 3. not. de teſtib. Hippol. latè conſi. 27. col. 12. & l. 1. §. præterea. col. 1. & 2. de ſicar. Nouel. pract. fol. 59. num. 39. Bald. in cap. 1. §. iniuria. colu. ult. de pace iur. firmam.

Amplia idem eſſe, ſi reus cōtra quem teſtificatus eſt, non fuit ſuſpenſus, ſed ſuſpendi poterit, ſi crimen illud probatum fuiſſet. Nam ſimiliter pœna teſtis falſi puniri debet. Bald. c. 1. uerſi. Item quòd falsò. de pace tenen. Hippol. conſi. 27. columu. 1.

Secundo Amplia, ut procedat non ſolum quando per dictum unius aut plurium teſtium quis ſuſpenſus aut faſtigatus fuerit, ſed etiam procedit, quando propter dictum ſuū fecerit alium teſtem torqueri. Nam & ipſe etiam torquendus eſt. puta ſi duo teſtes interfuerunt inſtrumēto, quorum unus dicit non interfuiſſe, alius dicit inſtrumentum confectum eſſe ipſis præſentibus, modo ſi acciderit, quòd teſtis aſſerens ambos fuiſſe præſentes fuerit tortus, & durans in ſuo dicto debet etiam alius ſimiliter torqueri, ad hoc, ut pari paſſu ambulet cum alio teſte. Hippol. latè conſ. 27.

157 Notarius † ſi falſum fecerit inſtrumentum puniri debet generali pœna falſi, quæ eſt deportatio. l. 1. §. fi. de falſ. in cuius locum hodie ſuccedit bannum perpetuum, & inſuper fit infamis & officio notariatus perpetuò priuatur, neque per ipſum inſtrumenta confecta poſtquam de falſo fuit condemnatus ualebunt. Bonifa. de falſ. numero 8.

158 Notarius † penes quem depoſita ſunt iura partis, ſi copiam eorū fecerit

fecerit parti aduerſæ ſine licentia & uoluntate ipſius partis tenetur. l. Cornelia de falſ. tex. in l. 1. §. ubi ſupra & ibi Hippol. de falſ.

159 Notarius † ſi de examine teſtiũ rogatus fuerit, & ante eorum publicationem reuelauerit parti, ſeu alteri eorum illud, quod teſtes dixerunt, tenebitur pœna, de qua per Hippol. ubi ſupra. Hippol. l. 1. §. fi. de falſ. nu. 16.

Nonò principaliter quæro, An tot pœnæ imponi debeant quot falſitates quis commiſerit.

160 Dicas, quòd † plures falſitates committens pluribus pœnis affici debet. gloſ. in l. nunquam plura de priuat. delict. Quod uerum ſi falſitates plures quis diuerſis temporibus commiſerit, uel in diuerſis maleficiis. Socin. conſ. 62. nu. 89. uolu. 1. ſecus ſi ex uno actu plures falſitates quis commiſerit, & omnes ad unum effectum tendant. Nã tunc una tantum puniri debet. puta, produxit quis plures teſtes uno actu, uel plura inſtrumentà, quę falſa reputata fuerunt. Socin. latè ubi ſupra.

Decimò principaliter quæro, qualiter falſitas probetur.

161 Dicas, quòd † falſitas ex pręſumptionibus & coniecturis regulariter probatur, cum ſit difficilis probationis, & ex talibus ad pœnam procedi poſſit. Archid. in c. in memoria. 19. diſtin. Hippol. conſi. 27. num. 8. Capic. dec. 30. Dec. conſi. 39. num. 7. uol. 2. & Bald. l. 3. C. de epiſ. & cleri. Ioan. de Anan. conſi. 49. ubi Bologni. in addi.

Quod intelligas uerum quoad hoc, ut quis puniatur de falſitate pecunialiter, uel ut non detur amplius fides inſtrumentis ſuis, ſecus ſi ageretur de punitione corporali; nam tũc probationes plenæ requirerentur. Ioan. de Anan. ubi ſupra Capi. deciſ. 30. in fi. uide infra eod. in fi. uerſi. contrarium tenet Socin. præceptor.

Vndecimò principaliter quæro, an quilibet falſum committens teneatur pœnà falſi.

Dicas quòd ſic. Hippolit. conſil. 27. nume. 17.

Quod uerum eſt, etiam ſi mulier eſſet

162 nam † & ipſa falſum committẽs pœna falſi tenetur. Bald. in l. fi. C. ſi ex falſ. inſtrum. Hippol. conſi. 21. nume. 17.

Duodecimò principaliter quæro, quãto tempore duret falſi quærela.

163 Dicas, quòd † uſque ad 20. annos poteſt de falſo cognoſci. Ange. de malefi. uerbo falſario. uerſ. quæro. ubi Aug. de Arimi. in addi. in l. querela. C. de falſ. ubi Specul. de ſenten. §. fi. uerſ. nota quòd ſecundum canones. cap. licet cauſam. de proba.

Expeditis ſupradictis 12. quæſtionib. nota ſequentia.

164 Primò nota, quòd † pœna l. Corneliæ de falſ. quis puniri non poteſt, niſi committat falſum uel ſpeciem falſi contentam in aliquo capite l. Corneliæ de falſ. quæ enu-

merantur.ff.& C.de falſ. Non enim
ſufficit, quòd falſum committatur
ad hóc ut quis puniatur l.Cornelia
de falſ. eſto quòd ſit in dolo uel in
exceptióe facta in aliquo caſuum.
Ita uoluit Bart.in l.quid ſit falſum
de falſ.l. neque. exemplum. C. de
falſ. Pariſ.conſil. 151. nume. 24.
uolum.4.Ioan.de Imol.conſ.104.
in princip.

165 Secundò nota, quòd † quoties-
cunque poſſunt uerba falſum im-
portare,& non falſum, ſemper in-
terpretãdum eſt pro non falſo.gloſ.
.l.iuris gentiũ.§. quod ferè de pac.
ubi Bald.& Ang.Bald.in l.1.C.de
ſacroſanc.eccle.Salic.in l.de tutela
C.de integrum reſti. mino. Ruin.
conſ.14.nu.13.uol.5.Cepol.conſ.
21.nu.15. Ange. de malefi. uerbo
falſario.in princip.Hippol.conſ.2.
uolum.1.

166 Tertiò nota, quòd † teſtis non
dicitur falſum deponere, quando
dictum ſuum poteſt aliqua inter-
pretatione uerificari. Bald. conſi.
323.uolum.4.Gram.conſ.30.col.
23. Bald.l.iurisgentium.l.quod fe
rè ff.de pact.

167 Quartò Nota, quòd † ſi Nota-
rius reperiatur aliquid aliter ſcri-
pſiſſe, quàm à partibus dictum eſ-
ſet, nõ præſumitur falsò,& dolosè
illud feciſſe ſed errore. Bart.l.quo-
ties. uerſ. ſed ſi non in corpore. de
hæred.inſti.ubi Bald.Cum. conſi.
36.Ang.de malefic.uerbo falſario.
in princip.quod uerum eſt, niſi ex
aliis circunſtantiis aliud appareat.
Barb.ubi ſupra.

Quintò nota,quòd ſi ſtatutum diſpo-
neret, quòd ſi notarius conficiat in
ſtrumẽtum falſum, puniatur certa
pœna, ſi accidit ꝙ notarius plura
acta cauſæ falſificauerit, puniri de-
bebit illa pœna in ſtatuto conten-
168 ta.Quia † appellatione inſtrumẽ
torũ acta continent. Boniſ.de Vita.
de falſ.nu.19.Ang.de maleſ. uerbo
falſario. uerſ. quid ſi ſtatuto. Bart.
in l.in fraudẽ.§.neque. de iure fiſci.

169 Sextò Nota, ꝙ † ſi teſtes uariant
in tẽpore, uel alio, nõ poteſt ſtatim
iudex unũ ex eis uel ambos de fal-
ſo punire & condẽnare, licet in uẽ-
ritate unus ex eis falsũ dixerit, cum
nõ conſtet adhuc quis eorũ falſum
dixiſſet, ſed debet inſtigare & po-
ſtea illũ culpabilem reptum de fal-
ſo punire. Alex. conſ.63.nu.4.5.6.
uo.2. Bal.l.teſtiũ.uerſ.modo hic cõ
ſurgit dubium, ſi unus.C.de teſtib.

170 Septimò Nota, ꝙ † in materia fal
ſi maximè attendit ueriſimilitudo
Ideo inſtrumentũ continens nõ ue-
riſimile non ꝓbat.Bal.in l.ſcriptu-
ra. circa mediũ. C.de fid.inſtrum.
Alex.cõſ.99.in fine li.1. Curt.Iun.
conſ.17.colu.2.circ.mediũ. Aimo
Crauet.cõſ.134.nu.36. & idẽ erit
in teſtib.qui nõ ꝓbant ueriſimilia,
nã nõ ueriſimilia dponẽtes de falſo
ſuſpecti ſunt. Aim. Crau. ubi ſup.

171 Octauò Nota, ꝙ † ſi ſtatutum
diſponeret, ꝙ damnatus de falſita-
te non admittat ad honores, debet
intelligi de condẽnato de falſitate
ex aliquo capite, qđ enumeratur. ff.
& C.

& C. de falſ. Et Ideo ſi eſſet damnatus ex aliquo ſtatuto ad reformationem inducente falſitatẽ non repelletur ab honorib. Ang. de maleſi. uerb. falſario. uer. qro quot modis.

Contraria.

Contrarium tenet Paul. de Caſt. conſ. 13 o.iii uol. 1.

Contrarium tenet Salic. in l. 1. C. de ſepulchro uiolato.

Contrarium tenet Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo falſario. uerſ. quæro in actis.

Contrarium tenet Imol. in c. licet cauſam de proba. Hippolit. l. 1. §. 1. in princ. nu. 14. & 15. de falſ.

Contrarium tenet Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo falſario. uerſi. quæro ſi aduertas.

Contrariũ tenet Bonifa. de falſ. col. 3.

Contrarium tenet Bald. in l. fi. C. ſi ex falſ. inſtrum. tamen Bald. reprobatus eſt, ſecundum Soci. in cõſ. 104. in fi. uol. 1.

Contrarium tenet Bart. in l. ſi quis ob repſerit. uerſ. circa hoc quæro. de falſ. Ang. de maleſi. uerbo falſ. uerſ. quæro an teſtis.

Contrarium tenet Ang. in l. quæ uelu ti. C. de falſ. Ange. de maleſi. uerbo falſario. uerſic. quæro quot modis. gloſſ. Bar. Ang. l. damus. C. de falſ. tamen pro concordia uide Hippo. in l. 1. §. præterea. nume. 28. & 29. de ſicar.

Contrarium tenet Soci. præceptor cõſi. 34. nu. 77. uol. 3. ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionem & ueriorem. & conſi. 61. nu. 8. 9. 10. uol. 1. ubi etiam refert infinitos doctores tenentes hanc opinionem & dicit communem, uidelicet an in crimine falſi requirantur de neceſſitate probationes cõcludentes. Ratio quia agitur de nimis magno præiudicio, quia perdit honorem, efficit infamis, & amplius homo non uidetur, cum ſine fide ſit. Socin. ubi ſupra mouetur per iura allega. per Dec. conſ. 102. & 139. uol. 1. ſequitur. Hippol. in rub. de falſ. nu. 22. 23. cum ſequenti, uſque ad numerum 69. Dec. conſ. 189. colu. 1. Grã. conſ. 19. nu. 3. & Bal. in l. iuris gentium. §. q ferè. de pact. Ang. & Bal. in l. imperator. de ſtatu. homi. concordari autem poſſunt hæ duæ opiniones ſecundum Socin. præceptorem. d. conſ. 61. uidelicet, ut dicta prima opinio procedat, quando cõtrarium non probaretur, & imputatus de crimine tali ſe eſſe ſine culpa non oſtendat. Nam tunc talis ſuſpicio ſola habetur pro concludenti. ſecunda uerò opinio huic contraria procedit, quando quis ſine culpa ſe oſtẽdere uellet & paratus eſſet. Ita uolunt oẽs relati p Soc. ubi ſup. Vel aliter cõcordari poterit, ut 1. opi. pcedat, quãdo de falſo ciuiliter ageret, Quia tũc in eo requirũtur illæ pbationes, quæ in aliis omnibus requirunt. Grã. cõſ. 30. co. 3.

Contrarium tenet Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo falſario. uerſ. quæro aliquis notarius.

Contrarium tenet Dec. conſi. 189. col. 12. uol. 1.

Contrarium tenent quidam relati per Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo falſario. uerſi. quid ſi ſtatuto.

Regula XVI. de tortura.

SVMMARIVM

1 *Tortus etiam confeſſus non poteſt interrogari nec torqueri ſuper crimine non indiciato. Intellige ut infra nu. 2. 3. 4.*

Tortus legitimis indiciis præcedentibus an poſſit interrogari de aliis delictis, de quib. nulla extant indicia, ſequendo dictam torturam.

1 Dicas † regulariter tortum legitimis indiciis præcedentibus & confeſſum crimen, de quo quærebatur, neque interrogari, neq; torqueri poſſe de aliis & ſuper aliis criminibus, de quibus nulla extant indicia. Gandi. de quæſtio. & tormẽ. num. 19. Ang. de maleſ. uerbo fama publica, circa fin. uer. ſed aduerte. ubi Aug. de Arim. in addit. ad eum, Guid. de Suzza. de indic. & tortu. num. 86. Fran. Brun. de indi. uerſ. quintò principaliter quæritur. num. 64. Paris de Put. de indi. & tortu. c. 2. nu. 5. Mil. in prin. fol. 151. nu. 29.

2 Quod † uerum eſt de iuris ſolemnitate & ſubtilitate, ſed de generali conſuetudine Italiæ contrarium obſeruatur, & maximè in furtis ob eorum maximam frequentiam. Gandi. ubi ſupra. Ang. de malefic. ubi ſupra. Guid. de Suza. Bru. ubi ſupra. Oldrad. tract. de quæſtio. q. 11. incipit. ſed quia de quæſt. quotidiana. Cepol. conſi. 40. Gramatico 13. & deciſ. 47. num. 34. & deciſ. 48. num. 12. Ioan. Mil. ubi ſupra. & talis conſuetudo iuuari poteſt per l. non omnes. §. à Barbaris. de re milit. & l. congruit. de officio præſidis ſecundum Gand. ubi ſupra. Guido de Suza. ubi ſupra. Brun. ubi ſupra. Paris de Pute. ubi ſupra.

3 Quod † autem dictum eſt ſupra, de conſuetudine obſeruari, ut tortus legitimis indiciis præcedentibus poſſit interrogari de aliis criminibus, de quibus nulla extant indicia, & quòd talis confeſſio ualida eſt, intellige uerum, quando cõtra reum præceſſerit diffamatio generalis de illo crimine, uidelicet q; eſt magnus latro. Nam tunc laudabilis eſſet dicta conſuetudo: Secus uerò ſi contra prædictum reũ nulla diffamatio præceſſiſſet, nam tũc talis conſuetudo non ualebit. Vnde iudex diſcretus aduertat ad qualitatem perſonæ. Ita Brun. de indi. & tortu. uerſ. quintò principaliter. num. 65. ſequitur Hippoly. in l. repeti. colum. penult. de quæſtio. fol. 111.

4 Vel † intelligas uerum, quādo ille reus tortus erat homo malæ conditionis & famæ. ſecundum Grama. uoto 13. Secus uerò ſi eſſet homo bonæ famæ ſecundum eundem. Vnde nota, quòd ſi iudex fuerit ceruicoſus & uoluerit illum interrogare & torquere ſuper aliis delictis, de quibus nulla extarent indicia, & ille tortus confiteretur multa alia crimina, ſiue in eodem genere, ſiue in alio, nihil ſibi præiudicabit, neque talis confeſſio taliter facta ullum præiudicium Paris de ſindi. fol. 320. Hippo. d. l. repeti. colum. penultim. de quæſtio. & conſi. 46. num. 9. Sed debebit nouus proceſſus inchoari ſecundum eoſdem, & latè per Inno. in c. 1. de cōfeſſ. And. Sicul. de conſti. Regn. incip. damna clandeſtina.

Contrariũ.

Contrarium tenet Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de malefi. uerbo fama publica. uerſi. ſed aduerte. ubi uult, talem conſuetudinem non ualere, ubi etiam Bologninus in additio. ad Guido de Suzza. de indic. & tortura. nume. 88. Sed pro concordia uide Fran. Brun. de indi. uer. ſ. principaliter. nu. 64.

Regula XVII. de uulnere.

Vulnera ſi reperiantur ad menſuram gladij, uel ſecuris inculpati, uel pila reperiatur apta ad archibugium ipſius, uel enſis repertus in loco delicti ſit extractus de uagina Seij, & uagina Seij reperiatur in domo abſque enſe, an faciat indicium ad torturam.

Dicas, q̃ ſic regulariter, niſi p̃ dicta indicia elidātur, quia inquiſitus probauerit enſem præfatum alteri commodaſſe, Paris de Puteo de ſindic. fol. 329. Carrer. in practic. fol. 109. eodem modo ſi inculpatus quis fuerit, q̃ Titium occidit, & reperiatur enſis forma diuerſa, & non conformis uulneribus interfecti, certè tunc erit indicium in eius fauorē, & ei multum prodeſſet. tex. eſt nota. in c. ſignificaſti. de homici. Bal. in conſ. 315. uol. 5.

Regula XVIII. de confeſſis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in tormētis ſine indiciis facta nō obeſt confitenti, etiam ratificatione ſecuta. Etiam milies ratificata. nu. 2.*

3 *Perſeuerare quando quis dicatur, & per quantum tempus perſeuerare debeat.*

4 *Indicia non extare, uel extare ſed minus*

minus legitima paria ſunt.

5 *Iudex habens liberum arbitrium torquere non poteſt ſine legitimis indiciis.*

6 *Confeſſio etiam iurata ſine indicijs nõ præiudicat, nec ea, quæ inde ſequuntur. nu. 7.*

8 *Confeſſio extorta ſub ſpe gratiæ legitimis indiciis non præcedentib. non præiudicat.*

9 *Confeſſionem eſſe factam per dolũ uel per metum paria ſunt.*

10 *Tormenta & metus tormentorum æquiparantur.*

11 *Torqueri nemo poteſt ſine indicijs, etiam in crimine læſæ maieſtatis, & aliis exceptis.*

12 *Confeſſio in tormentis ſine copia indiciorum data, neque termino ad illa purganda aſſignato nõ ualet, nec præiudicat confitenti.*

13 *Confeſſio facta in carceribus præcedente iniuſta captura & probata eſt nulla, & non præiudicat confitenti.*

14 *Violentiam inferre præſumitur iudex indebitè torquens.*

15 *Confeſsio nulla non cõualidatur per indicia ſuperuenientia.*

6 *Indicium confeſſionis extraiudicialis ſuperueniens, præcedens confeſsionem aliàs inualidam reconualeſcere facit.*

7 *Tortura modica nõ dicitur tortura.*

18 *Ratificatio expreſſa cum perſeueratione poſt confeſsionem præiudicat. maximè cum iuramẽto. n. 19.*

10 *Reus conſecuta libertate reuertens ſpõte & ratificãs ualidat cõfeſsionem, etiam nulliter emiſſam.*

21 *Confeſsio extra iudicium ante torturam, confirmat factum in tortura abſque indiciis.*

22 *Cautela, quomodo ſuccurratur curiæ, quando reus indebitè tortus fuit confeſſus, & ſic nulliter.*

23 *Indici, an reo, uel notario magis credatur de tortura illata uel non.*

24 *Tortura ſecreta quomodo probetur.*

25 *Tortura probatur per famam.*

Confeſſio in tormentis facta nullis indicijs præcedentibus, an & quando ualeat.

1 DIcas regulariter confeſſionem in tormentis factã nullis indiciis præcedẽtibus nullam eſſe neque in aliquo confitenti obeſſe, Gandi. de quæſtio. & tormen. nume. 13. Blan. l. fin. nu. 22. de quæſtio. Abb. c. cum in contemplatione. de reg. iur. Guid. de Suza. de indi. & tortur. uer. quid ſi aliquis tortus ẽ. Ange. de malef. uerbo fama publica. uer. aduertas tamen, ubi latè Aug. de Arimi. in addi. Paris de Put. de ſind. fol. 321. nu. 8. Bar. conſ. 39. uolu. 5. Fulg. conſ. 106. nu. 4. Bertran. uol. 3. Bar. in l. pe. de queſt. Capic. deciſ. 145. conſ. 7. col. 12. uolu. 5. Cor. conſ. 134. in prin. uol. 4. Pau. de Caſtro conſi. 273. in princ. uolum. 1. Cuma. conſi. 159. Roman. ſing. 131.

2 Amplia † ut procedat etiam, ſi millies ratificata fuiſſet ſeu perſeuerata; nam nihilominus nullũ effectũ operabitur, Rui.conſ.7. ubi ſupra. Cuma.conſi.139.Gui. de Suza. de indi.nu.70.Io.de Imol. conſ.109. Fran.Bru.de indi.in 2.par.uerſi.5. principaliter.nu.42. uſque ad 48. ubi infert & refert etiam contrariũ tenuiſſe Capic.deciſ.145.Corn. cõſi.134.in ſimil.uol.4. Paul. de Caſtro d.conſi.178.Aug. de Arim.in add.ad Ange. de malef.ubi ſupra. Gandi.de quæſtio.nu.26. Gramat. uoto 6.nu.12.& 13.Alex.conſ. 1. nu. 5.uol.3.Bonifa.de Vital. tit.de ind.& tortu.nu.12.Mil. in practi. fol.132.nu.12.Bertran.conſi. 77. col.3.uol.1.glo.& Bar.in l. penul. de quæſtio.Gramat.conſ.15.nu.9. & 10.& conſ.21.nu.18. cum ſeq. & conſ.32.nu.6.7.8.& Imol. poſt Ang.d.§.Celſus.in fi.de acqui.hæred.Hippol.conſi.8.nume. 13. & conſ.12.nu.39.& conſ. 15. nu. 3. & conſ.29.nu.28.& l. 1. in princ. uerſ.1.de quæſtio.nu.12.Hipp. in l.j.§.diuus Seuerus.nu.89.de quæſtio.Alex.conſ.8.uol.1.Ang. Ioã. de Imo.Pau.de Caſ.l.qui in aliena. §.Celſus.ff.de acq.hære. Carrer. in practi.fol.134.Nicol.de Mil.in repertorio ſuo fol.70. uerbo confeſſio facta in tormentis.Paris de ind. fol.320.in fi.

3 Quando autem † quis perſeuerare dicatur,& infra quantum tempus perſeuerare debeat.uide Hippoly. in l.1.§.Diuus Seuerus.nu. 7.de quæſtio.& Ioan.Mil.fol.139. num.39.& 40.Fran. Brun. de indic.2.part. principali uerſicu.ſextò principaliter quæritur. numero.40.

4 Amplia ſecundò † ut ẽt procedat, ſi indicia præceſſiſſent ſed minus legitima. Nam hoc caſu paria ſunt non extare & eſſe minus legitima. Bertr.cõſ.326.col.3. Carrer. prac. fol.149.Paris de Puteo.de ind.fol. 320.col.2.in fi.Hipp.l.quæſtiones habendæ.nu.30.de quæſt.

5 Amplia tertiò † ut procedat, etiã ſi ipſe iudex haberet liberum arbitrium in criminalibus, nam per hoc ad torturam aliquem ponere non poteſt abſque indiciis præcedentibus, aliàs in ſindicatu tenere tur.Paul.de Eleazar.ca. grauis.de depoſ.& Alex.l.filia,in apoſtill. ad Bar.de dona.Gandi. de quæſtio. §. præterea ego quæro.Hipp. l. quæſtionis.nu.29.ff.de quæſt.

6 Amplia † quartò ut procedat, ẽt ſi reus ultra ratificationem ad bancum, etiam iurat confeſſionem ſuam ueram eſſe.Nam non obſtante iuramento tali adhuc confeſſiõ talis non præiudicabit, ita Hippol.l.quæſtionis.numer. 60. cum multis ſequen.de quæſt.Carrer. in pract.fol.32.nu.47.glo.d.l.penul. de quæſt.

7 Amplia † quintò ut non ſolum confeſſio taliter extorta nulla ſit, ſed etiam quidquid ſequeretur ex ea. Hippolyt.d.l.quæſtionis. nume.28.

Am-

8 Ampliat † ſextò ut procedat, non ſolum in confeſſione facta in tormentis, ſed etiam in confeſſione p dolum extorta, puta ſpe gratiæ facta, nam & ipſi non præiudicabit, ſi facta fuerit indiciis non præcedentibus & abſque ratione. Ioan. de Imol.conſil.109. Et hoc eſt,
9 † quia à pari procedunt, cõfeſſionẽ eſſe factam per dolum uel per metum, per idquod habetur in ca. cũ contingat. de iureiur. & in c.quamuis. de pact. in 6. Imol. dict. conſi.109.

10 Ampliat † ſeptimò, ut procedat nõ ſolum in confeſſione facta in tormentis, ſed etiam in confeſſione facta metu tormentorum. Bal.conſi. 479.uol.5.

11 Amplia † octauò, ut non ſolũ procedat in minoribus criminibus, ſed etiam in maioribus etiam exceptis. Puta in crimine læſæ maieſtatis, & aliis exceptis, in quibus quis legitimè torqueri non poteſt, niſi legitima præcedant indicia. Cyn. Bald.Saly.in l. ſi quis alicui. C. ad l.Iul.maieſt.Ang.de maleſi. uerbo quòd tradidiſti tuam patriam. in prin.Hippol.in d.l. quæſtionis habendæ. num. 24. de quæſtio. fol. 185.

Ampliat † nonò ut tanto magis regula
12 uera ſit, quando quis confeſſus eſſet in tormentis nulla indiciorum copia data, neque termino ad illa purganda aſſignato. Nam tunc talis confeſſio nullo modo ualebit, neque in aliquo confitenti præiudicabit, etiam ſi legitima præceſſiſſent indicia.Hippol.conſi.95. nu. 7.Vnde cum aliter factum fuerit, cum eum ad torturam ponere nõ potuerit, & ſi poſitus fuerit & confeſſus, nihil ſibi præiudicare poterit.Hippol.d.conſi.98. Et ratio eſt, quia multa contra talem confeſſionem opponi poſſent, poteſt enim confeſſionem ſuam interpretari & declarare non illam reuocare. Paris de ſindic. uerbo poteſtas. fol. 98. Vbi ponit multas deſenſiones contra confeſſionem.

13 Amplia † 10. ut non ſolum confeſſio nulla ſit, quando facta fuit in tormentis nullis indiciis præcedentibus, ſed etiã ſi facta fuerit in carceribus præcedente iniuſta captura, etiam probata. Nam cum confeſſio nulla ſit ex eã condemnari non poterit. Petrus de Anchar.conſi.25. incipit in Chriſti nomine. uiſa inquiſitione. quem refert & ſequitur Aug. de Arim. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo fama publica. uerſ. aduertas tamen, Moderni in d.l.qui in aliena.§. Celſus.de acqui.hæred. Rom.conſ.149. Catal. de ſind.q.212.

14 Et † in tantum ſupradicta uera ſunt, quòd ſi iudex aliquem ad torturam poſuerit nullis indiciis præcedentibus, uel minus legitimi, ex hoc reſultaret ſeu oriretur præſumptio uiolentię in iudice, adeo quòd in ſindicatu teneri poteſt.Hippo.in d.l. quæſtionis. nume. 26.de quæſtio:

Am-

15 Amplia † 11. ut procedat, etiam ſi noua ſuper ueniſſent indicia. nam neque etiam per illa conualidatur confeſſio. gloſ. & Bart. in l. maritus. de quæſtio. Brun. de indi. 2. par. uerſ. 5. principaliter. nume. 47. Bald. in l. fi. C. de probat. Gram. conſ. 21. nume. 19. & 20. & conſi. 37. num. 6. 7. 8. & in uoto 6. num. 10. 11. 13. Hippol. l. penul. nu. 81. cum multis ſequen. de quæſtio. & in pract. §. diligenter, nume. 182. 183. Corn. conſi. 134. col. 2. uolu. 4. Bald. in conſ. 479. uol. 5. Roma. in ſing. 15.

16 Quod uerum eſt, niſi † poſt confeſſionem rei ſine indiciis præcedẽtibus extortã ſuperueniret indiciũ confeſſionis extraiudicialis ipſius. Nam tunc prima confeſſio illius reconualidaretur, Hippol. d. l. quæſtio. haberi. nu. 63. de quæſtio.

Prædictam autem regulã limita multis modis, & primò.

17 Limita non ꝓcedere, quãdo † tortura fuiſſet modica, & tortus fuiſſet robuſtus. puta, ſi fuiſſet eleuatus per tres, uel quatuor palmos, & in continenti in terram repoſitus. Nam tunc ſi talis confeſſus fuerit, & ex legitimo temporis interuallo ratificauerit, ualebit confeſſio, non obſtante tali modica tortura, ſibi abſque indiciis illata. Grama. latè deciſ. 34. num. 14. 55. 56. & uoto 6. col. 4. Pariſ. de ſindi. uerbo tortura. c. an ex confeſſione. Pro quo adduci poteſt illud, quod modicè tortus non dicit tortus, ſecundum Grama. ubi ſupra. regula. n. ſolum procedit, quando tortus non erat robuſtus ſeu debilis ſecundũ Grama. ubi ſupra.

Limita ſecundò non procedere, quando † confeſſio facta non præceden. indiciis fuiſſet expreſſè ratificata non autem tacitè. Nam tunc tenebit talis perſeueratio, & confeſſio præiudicabit. Gram. deciſ. 34. nu. 58. & 59. & conſi. 40. nu. 16. Paris uerbo tortura. in fol. 4. parui. uolu. Carrer. fol. 134.

18

19 Quod † tanto magis procederet cum in promiſſis perſeuerantia & ratificatione interueniret iuramentum, ut quotidie fit. Gram. ubi ſupra. Nec limitatio contradicit ampliationi ſupradictæ, nam illa implicatio loquitur in tacita præſeruatione, ſeu ratificatione nunc uerò hic loquimur de expreſſa, quæ multo plus operatur.

20 Limita tertio nõ procedere † quãdo reus repoſitus fuiſſet in priſtinam libertatem, & poſtea iret ad iudicem, & ratificaret. Nam tunc ex tali ratificatione ſeu noua confeſſione obligaretur, etiam ſi nulla præceſerint indi. Catal. de ſindi. q. 212. Ang. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. uerbo fama publica uerſicu. aduertas tamen. Math. ſing. 55. Hippol. l. quæſtionis habendæ. nu. 3. de quæſtio. fol. 134. Brun. de indi. in 2. par. uerſicu. 5. principaliter.

Limita quarto non procedere, quando primo reus extra iudiciũ feci
21

illam talem confeſſionem ſponte quam nunc fecit in tormentis. Ná tunc propter confeſſionem delicti primeuam extra iudicium factam confirmatur ſecunda facta in tormentis abſque aliis indiciis. Hipp. latè in l. eos qui diuerſa inter ſe. nu. 24. de falſ. q. 6. & in l. 1. §. Diuus Seuerus, de quæſtio. Grama. conſ. 40. num. 19. & 20.

Nota & menti tene cautelam. Nam uidimus ſupra, quòd confeſſio facta in tormentis non ualet, etiam ſi fuerit ratificata, & etiam ſi de nouo ſuperuenirent indicia.

22 Qualiter † ergo ſuccurretur curiæ, ſi aliquem punire uoluerit, ſi acciderit reum ſine indiciis tortum fuiſſe.

Dicas, quòd cautela erit, quòd cauſa illa criminalis alteri iudici, uel iudicibus committatur de nouo, & à primo iudice auferatur, quia tũc ſi talis inquiſitus coram ſecundo iudice confiteatur idem delictum uoluntariè, in ſuis depoſitionibus, uel confeſſionibus perſeuerando, tunc talis confeſſio ſecunda de nouo facta purgat omne uicium extorſionis ſeu confeſſionis in princ. commiſſum per eum, in cuius fauorem fit confeſſio, Gramat. conſi. 40. fo. 105. uſque ad finem. Et Ideo regula noſtra procedit, quando cõtinuaretur coram primo iudice à torto nullis indiciis præcedẽtibus nam tunc confeſſio talis non conualidatur ſi ratificata fuerit.

23 Nota ſecundò, quòd † ſi reus dicat confeſſionem factũ in tormentis, uel tormentorum metu, iudex autem dicat ſponte illum reum fuiſſe confeſſum, cui magis credendum.

Dicas, quòd magis credendum reo quàm iudici, uel notario per multas rationes, ut per Bald. conſ. 479. uolu. 5. Petr. de Anchar. conſi. 23. Hippo. l. 1. §. Diuus Seuerus. nu. 5. de quæſtio.

Qualiter autem ſecretè data tortura probari poſſit.

24 Dicas, primò per aſſertionẽ rei, ut dixi, ſecundò per ſolã detẽtionẽ. Nam ſi reus aliquibus diebus ſecretè detentus fuerit abſque eo, ꝙ aliter tortus probetur, per torturã confeſſum præſumendum erit, tertiò, ſi reus occultè uociferari auditus fuerit, quartò, per famam. Nam 25 † per famam tortura probatur. Hippol. d. §. Diuus Seuerus.

Nota tertiò, quòd confeſſio in tormẽtis facta etiã legitimis indiciis præcedentibus non præiudicat, niſi ſit ueriſimilis, poſſibilis & probabilis ut latè in fine in regula ſequen.

Regula XIX. de confeſſis ſpõte.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſponte facta nullis indiciis præcedentibus ualet.*

2 *Confeſsio ſpontanea ratificatione non indiget.*

3 *Minor confeſſus etiam cum auctoritate*

tate curatoris non poteſt condem nari, niſi denuo ratificet.

4 *Iudex ratificata confeſſione debet terminũ aſsignare reo ad faciendum ſuas defenſiones.*

5 *Furioſi confeſsio ei non præiudicat indiſtinctè.*

6 *Indicia uerisſimilia contra confeſſionem ſpontaneam ipſam inualidant.*

7 *Reus negans confeſsionem ſpontaneam, & rogatam à notario, magis eſt credendum ei, quàm notario.*

8 *Confeſsio impoſsibilis etiam ſpõtanea non præiudicat confitenti. Idem in confeſsione non uerisſimili. nu. 9.*

10 *Minor reſtituitur aduerſus confeſſionem ſpontaneam.*

11 *Delicti corpus in primis conſtare debet.*

12 *Confeſsio incidenter facta eſt minoris potentiæ, quàm principaliter emiſſa, fallit in crimine falſi. nume. 13.*

13 *Confeſsio ſpontanea facta tempore inhabili non præiudicat.*

14 *Confeſsio facta coram iudice incompetente non nocet. Idem coram delegato. nu. 15. Nec in confeſsione facta ſpe gratiæ. nu. 16. Nec corã notario. nu. 17. nec nuda à cauſa. nu. 18.*

19 *Caſus, in quibus confitens delictum non poteſt puniri pœna mortis.*

Confeſſio ſponte facta nullis indiciis præcedentibus, an ualeat, & in aliquo confitenti præiudicet.

1 DIcas † quòd ſic, etiam ad condemnandum ſufficere. Bart. in l. 1. §. Diuus. de quæſtio. Bologni. in addi. ad Guid. de Suza. uerſ. pro hac cõcluſione. nu. 71. Ang. de malefi. uerb. fama publi. uerſ. aduertas tamen, & uerſ. poſtquam. Carrer. in pract. fo. 18. nu. 23. 24. Gĩdi. de quæſtio. nu. 15. Ioan. Mil. in pract. fol. 83. nu. 16. Bertra. conſ. 326. uo. 2. Bal. cõſ. 410. uol. 2. & cõſi. 420. uo. 5. tex. eſt in c. j. de accuſ. in 6. ubi not. Guid. de indi. & tortura. nu. 44. Petrus de Anch. clem. 5. de homici. Brun. de indi. & tortura. in 2. par. uerſ. 6. principaliter. nu. 21. ubi latè Azo. in sũma C. de confeſ. Bal. in ca. 1. de iudi. num. 2. Rui. conſ. 80. col. 1. uol. 4.

2 Amplia ut ꝓcedat, etiam ſi ratificata non fuerit. Nam† talis confeſſio ratificatione non indiget. Docto. ubi ſupra. Ruin. ubi ſup. tutius tamen eſt, ut iudex ipsũ ratificare faciat, & in tali ſua ſpontanea cõfeſſione pſeuerare, ne aliquãdo contingat, uel dici poſſet, ꝙ confeſſio talis extorta fuiſſet in tormentis, uel tormentorũ metu. Ang. de maleſi. uerb. fama publ. uerſ. poſtquã. Boniſ. de Vital. tit. quæ indicia debeãt ꝓcedere ad torturam. nu. 7. Par. de

Put.de indi.nu.312.co.3. Bologi. in addi.ad Guid.de Suz n.48. Bal. de Perigli. de indi. & tortura.c.2. Iſtud uerum eſt in maiore ſpōte confi
3 rente ſecus in minore. Nā † quāuis ſponte & cū curatoris auctoritate minor confiteat, tamen condēnari non poteſt, niſi confeſſionē ſuā ſpō te factam denuo ratificet. Hipp.in pract.§.qm̄.nu.20.21.22.cum ſeq.
4 Aduertas tamen, ꝙ † ſi reus ſponte delictū confiteatur ſine ēt in tormē tis, non debet ſtatim condemnari, ſed iudex ratificata confeſſione debet terminū asſignare ad faciendū ſuas defenſiones, infra q̄m ſi uoluerit reus reuocare ſuā confesſionem ut erroneā, & de errore demōſtrare id facere pōt, aliàs fruſtra daretur terminus talis, teneretur tamē probare errorē. Grama. conſ.69.col.1.
5 Limita nō procedere in cōfeſsione furioſi, licet ſpōtanea. Nā furioſus delictū ſpōte cōfitēs puniri nō pōt, neq; talis ſpontanea cōfeſsio in aliquo ſibi p̄iudicat. Bal.cō.347.uo.3
6 Limita 2.non ꝓcedere, qn̄ † uerisimilia indicia ꝓbabilia uel ipſa & iuuantia in contrariū apparent.l.j. §.ſi quis ultro.de q̄ſtio. Quo caſu ſi quis reuocat & confesſionē ſuam corā iudice appellationis detegat innocentiā ſuā, debet liberari, non obſtante 1. ſua confesſione. Bald. conſi.479. uol.5. Cin.l.2. C. quorum appell.non recip.
Limita tertiò non procedere, quando
7 † de confesſione ſponte facta fuiſſet rogatus notarius, nā tunc ſi inquiſitus ſponte confeſſus negaret, confesſionem ſuā talem feciſſe, potius ei crederetur quàm notario, maximè ſi allegaret per eū n, quòd notarius de falſo aliàs fuiſſet condemnatus. Bal.conſ.502.uol.5.
8 Limita quartò, non † procedere in confesſione imposſibile, uidelicet in illa confesſione ſponte facta, quę falſa poſtea approbat. puta, ſi quis confiteat Titium occidiſſe, qui poſtea uiuus reperit. Nam tunc condemnari nō poteſt. Bal.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ & cleri Signo.Homod.cōſ.155.nu.29. Aug. de Arim.in addi.ad Ang.de malef. uerb.fama publ.uerſ.poſtquā. Hippol.in pract.§. poſtquam nu.7. & in rub.C.de prob.nu.105.& in l.j. in princ.de quæſtio.nu.61. & ideo dixit Hipp.in rub. C.de proba.nu. 105. ꝙ ſi quis confiteatur aliquem mortuū eſſe ex ueneno à ſe ipſo dato, non præiudicabit ſibi, quoniam imposſibile eſt ei hoc ſcire.
Similiter ſi confiteat ſe fregiſſe cuidā inimico caput & oſsa, talis confesſio ſibi non p̄iudicat. Nam cū talis cōfesſio ſit impoſsibilis, nō nocet cōfitenti neque p conſequens facit ꝓbationē & de tali impoſibilitate patet à cōiter accidentib. Quia cū aliquis uulneratus eſt in capite laborant medici cum candelis accenſis pluries uulnus inſpiciendo, ut cognoſcere posſint an oſſum fractura ſit nec ne, ergo eodem modo ipſi uulneranti imposſibile eſt hoc ſcire Anchar.cap. ſi.colum.6. uerſic.

quæ-

quæritur de confeſ. Hippo.in rub. C. de proba.num. 105. & in l.1.in princ.nu.62.de quæſtio.

Limita quintò non procedere, quan-
9 do † confeſſio talis uerisimilis non eſſet. puta in exemplo, quod ponit Ang.l.1.C.de confeſ.de illis molẽdinariis, qui confeſſi ſunt, ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos & proieciſſe in mare eorum corpora. Nam tunc an ſtandum ſit confeſſioni, inſpiciendum eſt, an mare uel flumen eſſet ibi prope, uel non, ex iſtis enim comprehendit' uerisimilitudo, quia ſi erãt homines malæ uitæ, & ibi erat aqua prope, poterant cõdemnari, aliàs ſecus. Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleficiis ubi ſupra. Ancha.conſi.24. Hippol.in pract.§. poſtquam. nu. 7.& in rub.C.de proba.num.108. cum ſequenti. & l.1.in princip. de quæſtio. Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cleri. Crauet.conſi.134.nu.34.

Limita ſextò dictam regulam, ut procedat ſolum, quando confeſſio fit ante ſententiam, ſecus ſi fuit facta poſt ſententiam extra iudicium. Bald. in d. l. ſi quis in hoc genus, Aug.de Arim.ubi ſupra. Blan.l.ſi. nu.35.de quæſtio.

Limita ſeptimò non procedere quan-
10 do † delinquens eſſet minor annis 25. & de delicto aliter non conſtaret, niſi per eius confeſſionem. Nã tunc talis confeſſio non erit ſufficiens ad condemnandum, ſed debet minor in integrum reſtitui abſque alia probatione. Ang.in l.certum.C.de confeſ.uide Aug.de Arimi.in addi.ad Ang.de maleſ.uerb. fama publica.uerſ.poſtquam.Ioan. de Venafro conſ.184. Alex. conſi. 116.uol.3.Bal. conſ.3.uol.1.

Limita † octauò nõ procedere in con-
11 feſſione nõ probabili. puta, ſi reus confiteat' homicidium in aliquem commiſiſſe, & eum poſtea ꝓceciſſe in mare. Nã tali caſu talis confitẽs puniri non debet, ſi non conſtat de mortui corpore, ſaltẽ per famam. Hipp.l.j. in prin.de quæſtio. & in pract.in prin.& §. poſtquã.nu.6.& in rub.C.de prob.nu.106.Bal.in l. cũ probatio.C.de prob.& in addi. ad Spec.tit.de confeſ.co.2.& uerſ. Titius confiteat'.Ang.l.1.C.de cõfeſ. & ideo iudex debet eſſe bene cautus, ne dãnet animã & corpus ſuum, quãdo fur confiteatur aurũ, & maria, & montes, & plura furta cõmiſiſſe. Nam nõ debet iudex ſtatim tali confeſſioni credere, ſed debet omnia facta p illum cõmiſſa uerificari facere, deſtinãdo nuntiũ ad habendã informationẽ de ueritate & in reperiendo furta p eum confeſſata, ita ꝙ appareat quod dixit quid pignorauerit, & quid penes ſe habeat, aliàs ſi hoc nõ faceret, ipſe iudex ſepe innocẽtes condẽnar, qui metu tormentorũ uel ex maximo cruciatu ipſorũ tormentorum multa non uera confitentur. Hipp. in rub.C.de proba.nu.104.

12 Limita nonò non † procedere in confeſſione facta incidenter, & nõ

principaliter. Nam talis confeſſio incidēter facta nō operatur, neque erit tantę potentię, ꝙ confeſſus poſſit puniri ſaltē pœna ordinaria delicti. Hipp.ſing.319.& in pract.§.cōſtante.nu.49.& in rub. C. de proba.nu.88.& in pract.§. poſtquam. nu.9.Imol.in c.fi.col.penul.de cōfeſ.Abb.in c.at ſi clerici.colu.2.de iudi. Corſ.ſuo ſingulari uerbo confeſſio.fol.146.

Quod uerum, niſi eſſemus in crimine falſi. Nam in eo ex confeſſione incidenter facta quis condēnari poteſt. Soci.præceptor conſ.39.col.3.uo.2.& Anchar.conſi.172.circa prin. Dec.in c.at ſi clerici.uerſic.ſed iſta limita.de iudi.

Limita 10. non procedere, quando
13 † confeſſio ſpontanea eſſet facta tēpore inhabili, Nam tunc confitenti non præiudicat. Pone exemplū, ut per Bal.in c.fi.de offi.deleg.col. penul. uerſ.pone ꝙ maleficium. ubi dicit, ꝙ ſi maleficium eſt notoriū, tamen ſi lapſum eſt tempus datum ad inquirendū ex forma ſtatuti, tādem reus cōfitetur maleficiū, tunc condēnari ex tali confeſſione non poterit. Hipp.in pract.§.poſtquam num. 10. & l. 1. in princ. nu. 69. de quæſtio.

14 Limita 11.non † procedere in cōfeſſione facta coram iudice carente iuriſdictione. Nam confeſſio corā eo facta nō nocebit, ſaltem quoad plenam probationem. Hipp.ubi ſupra.nu.12.Iaſ.l.magiſtratibus.co.2.de iuriſdi. licet aliàs talis confeſſio faciat indicium ad torturam, & per eā cogitur ille perſeuerare. ſecūdum Iaſ. in l.magiſtratibus. col.2. de iuriſdict.omn.iudi. Quod uerū non erit, ſi iudex ille careret iuriſdictione. puta, ſi clericus coram laico confiteatur. Iaſ.ubi ſupra.

15 Limita 12.non † procedere in cōfeſſione facta coram iudice delegato, quando talis delegatus non poteſt condemnare reum ſtatim, ſtante inualiditate proceſſus, licet ipſe reus ſponte delictum cōfeſſus fuiſſet, Hippol.ubi ſupra.nu.14.

16 Limita 13.non † procedere in cōfeſſione facta ſpe gratiæ obtinēdæ. puta, ſi iudex dicat reo. Dicas mihi uerum, & ego promitto tibi parcere ſeu indulgere, & promitto quòd nullam pœnam patieris. Nam tunc ſi ille reus confiteatur etiā ſponte, ex tali confeſſione condemnari nō poterit. Hippol.ubi ſupra.nu.13. Imol. conſ. 109. niſi inquiſitione.

17 Limita 14. non † procedere in cōfeſſione facta coram notario, qui adhuc non haberet cōmiſſionem à iudice, Hipp.ubi ſupra.nu.17.glo. in l. iubemus. C. de lib.cauſ. Iaſ. in l.magiſtratibus.col.2. de iuriſd. omn.iudi. ubi uult quòd talis confeſſio licet ad condemnandum non ſufficiat, ſufficit tamen ad torquendum.

18 Limita 15.non † procedere in cōfeſſione nuda nō habente cauſam. Nam ſicut talis confeſſio in ciuilibus non præiudicat, Ita neque in criminalibus. Hipp. ubi ſupra.nu. 21.

21. Anchar. conſi. 23. uiſia inquiſitione formata contra Philippum.

Vltimò ſcias, ꝙ quamuis regula ſit, ꝙ confitens delictum ſponte poſſit cōdemnari, etiam ſi nō ratificaſſet talem ſuam ſpontaneam confeſſionem.

19 Tamen no. ꝙ † multi ſunt caſus, in quibus, ſi quis confiteatur delictū ſponte, cuius pęna mors eſt, ex hoc non poteſt puniri pœna mortis.

Primus eſt in eo, qui contra ſe indicia indubitata haberet. Hippol. l. repeti. nu. 20. de quæſt.

Secundus eſt, quando quis damnatur ex præſumptionibus & non ex ueris probationibus. Hipp. ubi ſup.

Tertius eſt in illo, qui confitetur delictum incidēter & nō principaliter nam talis non poterit pœna mortis puniri. Bar. in l. ſi confeſſus. de cuſto. reorum. Imo. in c. fi. col. penu. de confeſ. Hipp. ubi ſupra.

Quartus eſt in illo, qui confitetur homicidium commiſiſſe ad ſuam defenſionem. Nam licet per talem cōfeſſionem ſit fundata intentio curiæ inquirentis, ſecundum Bart. in l. Aurelio. §. idem quæſiit. de lib. legat. & alios relatos per Hipp. ſing. 185. incipit, confeſsio inquiſiti. attamen ſi de homicidio nō conſtat aliter, niſi quia reus captus & inquiſitus dixit, occidi ad meā defenſionem, & ſuam defenſionem non probauerit. Tamen per talē defenſionē pœna mortis puniri nō poteſt Abb. in c. auditis. de præſcr. ubi Fely. Hipp. l. repeti. nu. 20. de quæſt.

Contraria.

Contrarium tenuit gloſ. in l. 2. C. de cuſto. reorum.

Regula XX. de confeſsione ſpōte facta & de eius reuocatione.

1 *Confeſsio regulariter in criminalibus reuocari poteſt, ut erronee incontinenti tamen. nu. 3.*

2 *Error quomodo dignoſcatur.*

4 *Confeſsio falſa ſcienter facta reuocari poteſt. in parte et in totū. nu. 5. incontinenti & ex interuallo. nu. 6. in prima & ſecunda inſtantia, cum cauſa tamen. nu. 7. Etiam poſt datum terminum ad ſe defendendum. nu. 8. Idem in confeſsione facta ſpe gratiæ conſequendæ. nu. 6. Etiam in confeſsione iurata. nu. 10.*

11 *Defenſionibus ſuis renunciare nemo poteſt,*

12 *Confeſsio, quæ non poteſt reuocari, an poſsit excuſari, declarari, uel interpretari.*

13 *Pater admittitur ad reuocandam confeſsionem pro filio pro ſuo intereſſe, & quælibet alia perſona.*

14 *Reo dicenti ſe non confeſſum, & alleganti notarium aliàs condemnatum de falſo, magis ſtari quàm notario.*

15 *Confeſsio etiam acceptata à parte reuocari poteſt. Etiam poſt ſententiā nu.*

nume.16.

17 *Minor reſtituitur aduerſus cõfeſſio nem omiſſam ſeruatis ſeruandis.*

18 *Confeſſio iudiciata reuocari nõ po teſt. Idem in confeſſione ratificata. nu.19. Idem in reuocatione calumnioſa. nu. 20. Idem in confeſſione inducta per ſtatutum. n. 21.*

22 *Confeſſio non reuocatur poſt concluſionem in cauſa.*

Confeſſio ſponte facta an reuocari poſſit, & infra quantum tẽpus, intelligas tamen de reuocatione quæ fit prętextu errores & non aliter.

1 DIcas † confeſſionem ſpõte factam in criminalibus poſſe ut erroneam reuocari. Ange. de maleſi. uerbo comparent inquiſiti, & qualiter pro eorũ defenſione producunt inſtrumentũ. Ancha. conſ. 24. Signo. de Homod. conſi. 155. nu. 29. Iaſ. in l. magiſtratibus. col. 2. de iuriſdi. omn. iud.

2 Erronea † autem dicitur confeſſio, ſi quis Titium occidiſſe confeſſus ſit, qui tamẽ adhuc uiueret. Sign. de Homod. ubi ſupra.

3 Quod † maximè uerum eſt, ſi fuerit talis confeſſio incontinenti reuocata, antequam redacta fuerit in ſcripturam per notarium. gloſ. 32. q. 1. apud miſericordem. Mil. in pract. fol. 34. nume. 37. niſi calumnioſè dictam confeſſionem reuocaret.

4 Amplia etiam † ut procedat in confeſſione falſa, ſcienter facta circa factum proprium. Nam & illa etiam poterit reuocare, & non præiudicabit probato tamen contrarium aliter ſe habere, & hoc procedit maximè in capitalibus, Ratio, quia ſicut quis non poteſt etiam uolendo ſe arctare ad pœnam capitis, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Ita neque tacitè confitendo ſcienter falſum. Corne. conſ. 285. nu. 6. uol. 5.

5 Amplia ſecundò, ut † procedat nõ ſolum quando quis partem confitetur, ſed etiam ſi totum confeſſus fuerit. Ang. de maleſi. ubi ſupra.

6 Amplia tertiò † non ſolum ſi quis incontinenti ſuam confeſſionem reuocare uoluerit, ſed etiam ſi ex interuallo, puta in termino defenſorio ſibi aſſignato ad faciendum ſuas defenſiones. Ang. de maleſic. ubi ſupra. Ancha. conſi. 24. Signo. de Homod. conſi. 155. nu. 29.

7 Amplia quartò † ut procedat non ſolum in prima inſtantia ſed etiam in ſecunda, etiam quòd in prima non reuocauerit, in ſecunda reuocare non prohibetur. Ang. de maleſi. ubi ſupra. gloſ. Bart. Ang. in l. creditor. §. 1. de appell. Bald. in l. in minoribus. C. de his qui. ut ind. Capi. deciſ. 28. nu. 5.

Quod uerum, dummodo reuocationis cauſam exprimat. Ange. de maleſic.

leſic. ubi ſupra.

8 Amplia quintò † etiam ſi inquiſito datus eſſet terminus ad reſpondendum & deliberandum. Nam nihilominus reuocare poterit. Anto. de Butri. c. fi. col. 19. de confeſ. Aug. de Arimi. in addi. ad Ang. de maleſi. ubi ſupra.

Quod uerum eſt, dummodo in ſpecie ſpecificet cauſam erroneam, ita ꝙ concludat iudici, neque ſufficit allegare errorẽ in genere. Curt. ſenior conſi. 55. nu. 13. Bal. in l. error. col. penul. C. de iur. & fact. ignor. Carrer. fol. 428.

9 Amplia ſextò, ut † procedat etiam in confeſsione ſpe gratiæ obtinendę facta, ad ſuggeſtionem ſeu preces officialis promittentis ſibi indulgere, nam & ipſa poterit reuocari. Paris de ſindicatu uerbo ſequitur q̃ſtio quotidiana. fol. 41. probabiliter enim iſta talis perſuaſio ex interrogatoriorum forma ex actis apparen. & ex monitionibus ſibi factis per notarium qui debet omnia ſcribere. Paris ubi ſupra.

Quod uerum, niſi in ea ſponte perſeuerauerit. Nam tunc perſeuerando in ea purgat uitium primum. Paris de Put. de ſindi. ubi ſupra.

10 Limita ſextò ut procedat, etiam † ſi in tali confeſſione iuramentum interueniret, nam eo nõ obſtante ad huc poterit reuocari. Paris de ſind. fol. 343. col. 3. Ant. de Butr. c. frater. de confeſ. Hipp. l. 1. §. fi. nu. 40. de quæſt. Bal. auth. iubemus. circa medium. C. de iud. & in l. j. uerſi. ſed pone minor. C. de confeſ. Ro. conſ. 391. Bar. in l. error. C. de iu. & fact. igno. Gram. uot. 10. nu. 33. &

11 34. Ratio eſt, quia † nemo defenſionib. ſuis renuntiare poteſt, Bal. auth. iubemus. circa medium. C. unde ui. Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro. fallen. 3. ff. ſol. mat.

Quod uerũ, niſi hoc malitiosè fecerit

12 Paris de ſind. fol. 342. col. 3. & † ſi nõ poſſet reuocari, an ſaltẽ poſſit excuſari, declarari uel interpretari, uide doctores relatos per Hipp. l. 1. §. fi. nu. 91. de quæſt.

13 Amplia ſeptimò in patre Nã † nõ ſolum ipſe principalis poterit ſuã confeſſionem reuocare, ſed etiã pater poteſt pro ſuo intereſſe. gl. in L. j. §. ſi abſens. & Bar. in l. cum filius. in prin. de uerb. obl. Paris de ſindi. fol. 344. col. 2. & ſi erit cauſa perſonalis non ſolum pater admittitur ſed ẽt quælibet coniuncta pſona ad confeſſionem reuocandam admittenda eſt, & ad probandum contrarium pro ſuo intereſſe, qđ procedit ẽt in ſpurio. Pari. de ſind. fol. ubi ſupra & ad probandum talẽ errorem confitentis & confeſsionẽ reuocantis admittuntur ẽt conſanguinei & amici illius cõfitentis. Ang. in l. ſi is, cum quo. de confeſ. Par. ubi ſup.

14 Amplia 8. ut tanto magis ꝓcedat, quando reus inquiſitus ſpõte confeſſus allegaret notariũ fuiſſe aliàs de falſo condemnatum, & negaret talem confeſſionem feciſſe. Nã ipſo inquiſito potius crederetur q̃ notario, qui ad libitum poſſet talẽ

con-

confeſsionem reuocare. Bal. conſi. 502. uol. 5.

15 Amplia 9. † ut procedat, ēt ſi talis cōfeſsio fuiſſet per partē acceptata Nam non obſtan. tali acceptatione reuocari poteſt. Paris ubi ſup.

16 Amplia 10. † ut procedat, etiā poſt ſententiam. Nam propter errorem ēt poſt ſententiam de ſui innocētia docere poterit, & ſi oſtendatur, abſoluetur. Paris fol. 320.

Quod autē diximus ſupra in ampliationib. de reuocatione cōfeſsionis,

17 idem etiam erit dicendū de reſtitutione in integrum concedenda minori. Nam ſi minor captus ſpōte cōfiteatur crimē in tortura legitimis tamen indiciis præcedentib. & dato ſibi prius curatore, & ſeruatis ſeruādis. Tamē ſi talis minor uidetur ex hoc ſe læſum, poterit aduerſus talem confeſsionem reſtitutionem in integrum petere. text. ubi Doct. in l. certum. §. penul. de confeſſ. Hipp. l. 1. §. fi. in fi. de quęſt. Specul. de iura. calum. §. reſtat. uer. ſed nunquid minor.

Quod uerum, dummodo ipſe minor probet ſe erraſſe, aliàs non. Hip. ubi ſupra.

Prædictam autē regulam multis modis limita, & primò.

18 Limita † non procedere in cōfeſſione indiciata, i. habente indubitata indicia, quæ iuncta cum d. confeſſione facerent fidem indubitatam iudici, nā tunc talis confeſſio reuocari non poterit. Maran. & Bal. in l. fi. C. de prob. quod uerum eſt, niſi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria. Saly. in l. fi. C. de prob.

19 Limita 2. † non procedere in crimi nalib. in quib. confeſſio fuiſſet perſeuerata ſeu ratificata. Nā tunc reuocari non poterit. ita Spec. in tit. de confeſ. §. fi. uerſ. ſed nunquid in criminalib. quem ibi ſequitur. Io. And. & Aug. de Arimi. in addit. ad Ang. de male. ubi ſupra Par. de Pute. de ſind. uerb. ſequitur quotidiana quæſtio. fol. 345. gl. in c. ex literis. de diuort.

Limita 3. non procedere, quando talis reuocatio confeſſionis calūniosè fieret. Nā tunc nō admitteretur, ut per Bal. in l. à procedente. C. de dila. Aug. de Arim. ubi ſupr.

Limita 4. non procedere in cōfeſſione facta per diſpoſitionē ſtatuti, quod diſpoſuit, ꝙ contumax pro cōfeſſo haberi debeat. Nā talis cōfeſſio prętextu alicuius erroris reuocari non poterit, quia in ea ſic facta cōfeſſione non cadit allegatio erroris. Quia qui nihil dicit, & nihil cōfeſſus eſt, non pōt dici quod errauerit Bal. no. l. ſeruum quoq;. §. publicè intereſt. de proc. Cy. in l. j. quorum app. non recep. C. ſed tantū regula noſtra procedit in confeſſione uera ore proprio ab inquiſito uel accuſato in iudicio facta ſponte & coram iudice. Nam tūc poterit reuocari, prætendendo per errorem illam feciſſe, ſi incontinenti probare paratus fuerit.

Limita ultimò pro complemento huius

ius materiæ multum utilis & quo tidianæ, & in quo refert Hippo. d. l.1.§.fi.de quæſt.multas pecunias lucratũ fuiſſe, & ſepiſſime habuiſ
22 ſe ipſam in facto, uidelicet, ut † regula non procedat, quando fuiſſet concluſum in cauſa, ſed tantũmodo ante. Nam poſt concluſionẽ in cauſa amplius reuocari nõ poterit. Ita notabiliter Hippol.in practi. §. ſeq.quæſt.nu.23.Bal.in l.error.C. de iur.& fac.igno.

Contraria.

Contrarium tenet Bar. in l.iuſiurãdũ & ad pecunias.& in l.cum preciũ. C.de lib.cauſ.

Contrarium tenet Ang.de maleſ.uerbo comparẽt inquiſiti, & quilibet eorum in terminis defenſionis in prin.Sal.in l.fi.C.de prob. ubi uoluit, ꝙ omni caſu liceat reuocare.

Contrarium tenet Grama.uot. 10.nume.33: Bal.c.fi.in col.6. de confe. & in l.iuſiurandum.de iur.iur.Roma.in l.ſi uerò.§.de uiro.ſal.31.ff. ſol.matr.& conſi.391. Paris de Puteo de ſindicatu,fol.320.

Contrarium tenet Hipp.in l.j.§. fina. numer. 93. uerſicul. attamen. de quæſt.

F I N I S.

INDEX REGVLARVM
I PRAXIS CRIMINALIS.

INquiſitione	*fol.1*
Captura rei	*fol.110*
Procurator pro reis	*117*
Copia indiciorum	*133*
Judicis arbitrio	*23*
Tortura	*95.172*
Vulnere	*173*
Mortuo in domo reperto	*93*
Socio criminis	*40*
Mandatario & mandante	*52*
Mandatario	*57*
Mandati materia	*60*
Aſſaſſinio	*84*
Statuto diſponente quòd bannitus poſſit impunè offendi	*29*
Crimine falſi	*139*
Confeſſis	*178*
Confeſſione ſpontanea & eius reuocatione	*183*
Condemnatione rei per iudicem	*104*

INDEX
RERVM OMNIVM NOTABILIVM,
QVAE IN PRAXI CRIMINALI CONTINENTVR.

A

ABBAS pro Monaco poteſt comparere, regu. 13.nu.41. cart.127
Abſentis innocentiam ad docendum quilibet admittitur, ead. reg. nu. 52 131
Abſens cum ex forma ſtatuti poteſt condemnari, procurator interuenire poteſt, ibid. nu. 57 131
Abſolutus ſemel non poteſt de nouo alia vice de eodem delicto inquiri, uel accuſari, reg. 1. nu. 8 8
Abſolutus in foro poli poteſt accuſari & puniri in foro iudiciali, ibid. nu.15 10
Accuſatio ſola uel inquiſitio non faciunt aſſaſſinum, ſed requiruntur probationes, reg.8.nu.19 88
Accuſator debet petere, ut reus ponatur ad torturam, reg.10.nu.13 98
Accuſatus de homicidio, & probetur eum mandaſſe occidi, abſolui debet, reg.7.nu.57 73
Acta iudici occultans, ut ueritas occultetur, falſum incurrit, & eius pœna tenetur, reg.15.nu.83 155
Acta appellantur inſtrumenta etiam in pœnalibus, ibid. nu.168 170
Actio ciuilis ubi ex delicto contra priuatos nō oritur parti, tunc nec Reipubl. oritur criminalis inquiſitio, reg.1.nu.30 16
Adminicula quæ ſint, reg.4.n.37 48
Adulterium, quia non poteſt probari directò probabitur per coniecturas, reg.11.nu.3 105
Adulteri capi poſſunt in eccleſia, reg. 12.nu.24 115
Allocutio ad aures ſecuto delicto inducit mandatum, reg.7.num.36 70
Amicus, ſeruus, affinis, uel conſanguineus non præſumuntur deliquiſſe de mandato domini, patris, aut alterius, reg.7.nu.30 70
Amouens aliquid de literis Papæ uel aliorum falſum committit, reg.15. nu.63 153
Aperiens literas alienas qua pœna teneatur, reg.15.nu.53 150
Appellatio non admittitur in aſſaſſinio, reg.8.nu.38 92
Appellatio interpoſita à decreto detorquendo operatur, ut confeſſio ſecuta ſit iure ipſo nulla, reg.10.nu. 24 100

Appel

Appellatio datur à denegatione copiæ indiciorum,reg.14.nu.19 137

Arbitrium iudicis, quando cauſa eſt eius arbitrio commiſſa,poteſt uſque ad mortem extendi incluſiuè. Tanto magis in delicto atroci.limitatur nouem modis,reg.2.nu.1 24

Arbitrium intelligitur ſecundùm dignitatem eius,cui conceditur, ibid. num.4

Arbitrium debet eſſe conforme regulis iuris,ibid.nu.13

Argumenta probabilia ſufficere in aſſaſſinio,dummodo tamen ſint indubitata,reg.8.num.23 89

Aſſaſsinij in crimine ſocius poteſt interrogari de ſociis,reg.4.nu.22 46

Aſſaſsiniũ multis modis uocatur in iure,reg.8.nu.2 86

Aſſaſsinium aſsimilatur crimini læſæ maieſtatis,ibid.nu.3

Aſſaſsinium dicitur committi ex ſola oblatione pecuniæ,pollicitatiõe ſeu prouiſione, ſed neceſſaria eſt acceptatio eius, qui executurus eſt, ibi. num.9

Aſſaſsinij in crimine ſpecialia, ibidem num.10

Aſſaſsinij qualitas debet concludenter probari,ibid.nu.20

Aſſaſsinium ſi non probetur aliter quàm per confeſsionẽ aſſaſsini qualificatam, tunc aſſaſsinus non poteſt ad mortem puniri,ibid.nu.43

Aſſaſsinium debet cõſtare per indicia ſumpta per iudicem, & eſt neceſſe, quòd pecunia interueniat, ibidem num.44

Aſſaſsinus inculpans aliquem de mandato ad aſſaſsinium,non concurrentibus alijs, nullum facit indicium, reg.5.nu.5 54

Aſſaſsinus,ſiue acceptauit mandatum, ſiue non, facit indicium ad torturã, ibid.nu.16

Aſſaſsini nomen non erat cognitum de iure communi antiquitus,ſed mandans dicebatur conductor & faciẽs locator,reg.8.nu.1 85

Aſſaſsinus propriè dicitur, qui pecuniam accipit pro homine interficiendo,ibid.nu.4

Aſſaſsinum dici eum, qui conuenit de pecunia recipienda,uel alia re,ibidem nu.5.6

Aſſaſsinus dicitur,qui interfecit,ut alteri complaceat, dummodo tamen ſperet aliquod emolumentum, ibid. num.7

Aſſaſsinus punitur effectu non ſecuto. fallit in ſtatuto,ibid.nu.11.13

Aſſaſsinus ita demum punitur, ſi ad actum proximum deuenerit, quo caſu etiam iudex rectè faciet ſi pœnã in pecuniariam conuertat, ibidem num.14

Aſſaſsinus quando res ſtetit in puris terminis mandati,debet pecuniaria pœna puniri. Et ſtetiſſe ita dicitur, quando ad actum proximum deuentum non fuit,ibid.nu.15

Aſſaſsinus punitur effectu non ſecuto, etiam ſi tale mandatum à principio fuit recuſatum,ibid.nu.16

Aſſaſsinus poteſt per quemcunque offendi, eo quia eſt à lege diffidatus, ibid nu.17

Aſſaſsinus poteſt ex mero officio iudi-

ciſ inquiri iuris ordine nõ ſeruato, ibid.nu.26
Aſſaſſinus poteſt torqueri etiam legitimis indicijs non præcedentibus, ut mandantem indicet, dummodo non ſit ex alio crimine notatus infamia, ibid.nu.28.29
Aſſaſſinus per generalem abſolutionẽ principis non cenſetur abſolutus, ibid.nu.29
Aſſaſſinus tanquam hoſtis publicus. poteſt ſuis defenſionibus renunciare, ibid. nu.30
Aſſaſſini hæres lite cum defuncto non conteſtata tenetur reſtituere omne id, quod ad manus defuncti peruenerit hæredi occiſi per aſſaſſinum, ibidem nu.31
Aſſaſſinus poteſt puniri per iudicem originis pro aſſaſſinio patrato extra locum ſiue territorium ſuum, ibid. num.34
Aſſaſſini bona poſſunt per quemlibet occupari, ibid.nu.36
Aſſaſſinus mandans tenetur etiã mandato reuocato, ibid.nu.39
Atramenti diuerſitas in apoſtilla ſcripta in parte ſubſtantiali facit indicium falſi, reg.15.nu.152 164
Aurifex faciens aurum uel argentũ de minori liga, quàm ſtatutũ ſit, incidit in falſum, reg.15.nu.61 152

B

Bannitus etiam remiſſus à ſuperiore, dummodo de libro bannitorũ non ſit deletus, poteſt uigore p̃ſati ſtatuti occidi, reg.3.nu.2 31
Bannitus à iudice incompetente poteſt uigore ſtatuti memorati offendi & occidens excuſatur, ibid.nu.3
Bannitus poteſt occidi uigore ſtatuti prædicti, etiam ſi ſit bannitus ob aliud delictum quàm propter homicidium, dummodo ſit condemnatus in pœnam mortis, ibid.nu.4
Bannito uiuo poſſunt bona auferri non autem mortuo, ibid.nu.5
Bannitus poteſt impunè offendi extra territorium. Intellige ut infra limitat.19.ibid.nu.6
Bannitus nulliter an poſſit uigore dicti ſtatuti impunè offendi, ibid.nu.7
Bannitus poſt pacem cum occiſo poteſt impunè offendi, ibid.nu.8
Bannitus ad hoc ut poſſit offendi uigore talis ſtatuti, debet eſſe bannitus pro maleficio capitali, ibid.nu.9
Bannitum patrem non licet occidere uigore dicti ſtatuti, ibid.nu.11
Bannitum uigore præfati ſtatuti proditoriè interfici non licet, ibidem num.14
Bannitum in contumacia uigore ſtatuti occidere non licet. Intelligitur, niſi extaret ſtatutum in ciuitate, quòd contumax habeatur pro confeſſo, ibid.nu.16.17
Bannitus iniuſtè non poteſt uigore dicti ſtatuti offendi nec occidi, & occidens ut homicida punitur. Intellige in iniuſtitia notoria. Item ſi ſciunt bannum nullum, ibidem nume.18.19.20
Bannitum occidens odio particulari non iuuatur ſtatuto, ibid.nu.22
Bannitum ſe defendendo occidens, ſed non

non principaliter ut bannitum occidat, non iuuatur ſtatuto, ibid. nu. 23
Bannitum capiens ignoranter uel occidens, an iuuetur ſtatuto, ibidem numero 24
Bannitus occidens bannitum non iuuatur ſtatuto, ibid. nu. 26
Bannitus non poteſt occidi, quando eſt in manibus familiæ uigore præfati ſtatuti, ibid. nu. 27
Bannitus an poſsit ad inſtantiam inimicorum pecunia mediante occidi, & iuuetur occidens à ſtatuto, ibidem num. 28
Bannitus habens ſaluumconductum occidi nequit uigore dicti ſtatuti, ibid. nu. 29
Bannitus de proximo certò rebanniendus non poteſt uigore ſtatuti offendi, ibid. nu. 30
Bannitum pendente appellatione occidere non licet in uim dicti ſtatuti, ibid. nu. 31
Bannitus, qui ſatiſdedit de condemnatione ſoluenda infra certum tempus, uel in eo, qui ſoluit, ſed non fuit bannum cancellatũ, offendi non poteſt, ibid. nu. 32
Bannitus tantum, eo quia non ſoluit in termino pœnam, in qua eſt condemnatus, offendi non poteſt, ibid. n. 33
Bannitus opponens exceptionem poſtquam eſt captus, quæ ſi à principio fuiſset oppoſita, nõ fuiſset coactus iudicium ſuſcipere, non eſt damnandus, ſed iudex bannum debet nullũ declarare, ibid. nu. 34
Bannitus toleratus offendi uigore ſtatuti an poſsit, ibid. nu. 35
Bannitus communiter habitus pro non bannito occidi non poteſt, ibid. n. 37
Bannitus cõdemnatus dum ducitur ad ſupplicium offendi non poteſt, ibid. num. 38
Bannitus carceratus offendi nõ poteſt, ibid. nu. 40
Bannitus licet poſsit occidi, non tamen poteſt uenenari, fallit in bannito de crimine læſæ maieſtatis, ibid. nu. 41
Bannitus abſolutus ab imputatione criminis, ſed nondum deletus de banno, offendi non poteſt, ibid. nu. 42
Bannitus non poteſt offendi extra territorium, ſibi licebat morari, ibidem nu. 43
Bannitum occidens uigore ſtatuti, licet non puniatur aliqua pœna, tamen remanet infamis, ibid. nu. 44
Bãnitus, qui poteſt occidi uigore ſtatuti, an etiam poſsit mandari, ut per alium occidatur, ibid. nu. 45
Bannitus poteſt comparendo uigore ſtatuti eum admittentis ad defendendum torqueri ſine indicijs, reg. 10. nu. 25 100
Birruarius exequens ſententiam capitalem iniuſtam ratione ſubiectionis excuſatur. Idem ſi torqueret indebitè de iudicis mandato, regu. 6. nu. 9. 10 58

C

Calumniator in quibus caſibus à præſumpta calumnia excuſetur, reg. 1. nu. 26 13
C. 1. de homici. in 6. procedit etiam in aſsaſsino faciente, reg. 8. nu. 12 87

Capi

Capi nemo debet, niſi prius conſtet de delicto directè uel indirectè, reg. 12. num. 1. 2 111

Capi an quis poſſit in eccleſia, ibidem num. 12

Capi regulariter quis non poteſt ſine mandato iudicis. Fallit in crimine notorio. Item in fabricante falſam monetã. Item in fure. Item in reperto in fraganti crimine, ibid. nu. 32

Captura idebita iuſtificatur, ſi reus præſtet fideiuſſores de ſe præſentando, reg. 10. num. 22 110

Captura ex aliquali informatione conceditur, ubi delictum habet pœnam corporalem, reg. 12. num 7 112

Captura permittitur, reo ad fugam ſe parante, ibid. nu. 8

Captus extra eccleſiam, & tranſiens per eam, ſi recuſet exire, poteſt inuitus extrahi, ibid. nu. 19

Caſus, in quibus iudex habet arbitriũ à lege in eis arbitrandi, hic per ordinem numerantur, reg. 2. n. 12 27

Caſus in quibus confitens delictum non poteſt puniri pœna mortis, reg. 19. num. 19 183

Carta noua cum diuerſo ſigno ab alijs cartis facit indicium falſi, inciſa uel maculate, infecta fumo, reg. 15. num. 127 163

Cautela ad ſaluandum eum, qui eſt nominatus in ſocium, reg. 4. n. 50 51

Cautela ad euadendũ mandantes mortem, reg. 7. nu. 117 82

Cautela pro iudice, ut extorqueat confeſſionem ab indebitè torto, ne teneatur in ſindicatu, reg. 10. nu. 20. reg. 18. nu. 22 99

Cautela pro indebitè carcerato, ne iudex teneatur in ſyndicatu, ibid. nu. 21. reg. 12. nu. 11 113

Cedulam falſam dans notario ut illam regiſtret, in falſum incidit, reg. 15 nu. 62 152

Ciuilibus in cauſis quando liceat aliquem de eccleſia extrahere remiſſiuè, reg. 12. nu. 26 115

Clericus ſine diffamatione inquiri nequit, minuſque torqueri, reg. 1. nume. 41 18

Clericus aſſaſsinus priuilegium fori amittit, & ideo iudex laicus in hoc eſt competens contra clericum, reg. 8. nu. 18 88

Clericus non poteſt puniri, niſi prius degradetur, fallit in aſſaſsinio, ibidem nu. 22

Clericus homicida nõ priuatur ipſo iure beneficio, ſed requiritur ſententia declaratoria. Fallit in homicidio qualificato, ut eſt aſſaſsinium, ibidẽ num. 41

Clericus conuictus de falſo ſtatim deponitur, et curiæ ſeculari traditur, reg. 15. nu. 114 161

Comparere pro abſente quomodo per cautelas poſſit, reg. 13. nu. 49 128

Condemnari nemo poteſt in criminalibus, niſi probationes ſint luce meridiana clariores, reg. 11. n. 1 105

Condemnari quis poteſt ex præſumptionibus aut indicijs uiolantis, ibidem num. 5

Condemnandus ex præſumptionibus nunquam poteſt condemnari pœna ordinaria delicti ſed mitiori, etiam ſi eſſent uiolentiſsimæ. Etiam ſi plu-

res concurrerent cōtra unum, ibid. num. 21
Condemnatio ſequitur in crimine falſi ſine accuſatione, regul. 15. numero 115 161
Condemnatus ad carceres non admittitur per procuratorem, reg. 13. nume. 3 120
Condemnatus in crimine falſi ſi ducatur ad iuſtitiam nō liberatur à Cardinale per impoſitionem pilei ſui ſuper caput eius, regul. 15. numero 111 160
Confeſſione facta in tormentis leuibus ſecuta ratificatione, ſequi poteſt condemnatio, & ſi legitima indicia ad torquendum non præceſſerint, reg. 10. nu. 17 100
Confeſſio in tormentis ſine indicijs facta non obeſt confitenti, etiam ratificatione ſecuta, etiam milies ratificata, reg. 18. nu. 1 174
Confeſſio etiam iurata ſine indicijs nō præiudicat, nec ea, quæ inde ſequuntur, ibid. nu. 6
Confeſſio extorta ſub ſpe gratiæ legitimis indicijs non præcedentibus non præiudicat, ibid. nu. 8
Confeſſionem eſſe factam per dolum uel metum paria ſunt, ibid. nu. 9
Confeſſio in tormentis ſine copia indiciorum data, neque termino ad illa purganda aſſignato non ualet, nec præiudicat confitenti, ibid. num. 12
Confeſſio nulla non conualidatur per indicia ſuperuenientia, ibid. nu. 15
Confeſſio extra iudicium ante torturam confirmat factum in tortura abſque indicijs, ibid. nu. 21
Confeſſio ſponte facta nullis indicijs præcedentibus ualet, regu. 19. numero 1 179
Confeſſio ſpontanea ratificatione non indiget, ibid. num. 2
Confeſſio impoſſibilis etiam ſpontanea non præiudicat confitenti. Idem in confeſſione non uериſimili, ibidem nu. 8. 9
Confeſſio incidenter facta eſt minoris potentiæ quàm principaliter emiſſa, fallit in crimine falſi, ibidem numero 12
Confeſſio ſpontanea facta tempore inhabili non præiudicat, ibid. nu. 13
Confeſſio facta coram iudice incompetente non nocet. Idem coram delegato. Nec in confeſſione facta ſpe gratiæ. Nec coram notario. Nec nuda à cauſa, ibid. nu. 14
Confeſſio regulariter in criminalibus reuocari poteſt ut erronea, incontinenti tamen, reg. 20. num. 1 184
Confeſſio falſa ſcienter facta reuocari poteſt in parte & in totum, incontinenti, & ex interuallo, in prima & ſecunda inſtantia, cum cauſa tamē. Etiam poſt datum terminum ad ſe defendendum. Idem in confeſſione facta ſpe gratiæ conſequendæ. Etiā in confeſſione iurata, ibid. nu. 4
Confeſſio, qua non poteſt reuocari, an poſſit excuſari, declarari, uel interpretari, ibid. nu. 12
Confeſſio etiam acceptata à parte reuocari poteſt. Etiam poteſt ſententiam, ibid. nu. 15
Confeſſio indiciata reuocari non poteſt. Idem de confeſſione ratificata.

Idem

Idem in reuocatione calumnioſa. Idem in confeſſione inducta per ſtatutum, ibid. num 18

Confeſſio non reuocatur poſt concluſionem in cauſa, ibid. num. 22

Confeſſus ſpontè non poteſt opponere de ineptitudine uel inualiditate proceſſus, reg. 1. *nu.* 58 21

Confeſſus delictum dicitur infamis, regu. 4. *nu.* 2 42

Confeſſo ſpontè copia indiciorum non datur, reg. 14. *nu.* 16 136

Confeſſus incidenter in crimine falſi poteſt puniri pœna ordinaria delicti, reg. 15. *nu.* 120 162

Confirmatio non ſupplet defectus in confirmato in crimine falſi, ibidem nu. 113

Coniunctus non admittitur pro coniuncto etiam pro ſuo intereſſe, reg. 13. *nu.* 15 122

Conſulens alicui ex perſonis prohibitis, coniunctum bannitum occidere, etiam ſtatuti uigore, punitur cum eo pœna mortis, reg. 3. *nu.* 21 35

Contumax exceptionem litis pendentiæ opponere poteſt, reg. 1. *n.* 17 10

Copiam indiciorum dare tenetur iudex reo, etiam ſi habeat amplum, latum & liberum arbitrium procedendi, reg. 14. *nu.* 8 135

Copia debet dari, etiam ſi habeat iudex facultatem procedendi de plano, ſola facti ueritate inſpecta, ibid. num. 11

Copia dari debet indiciorum non obſtante ſtatuto, quòd detur, ſi fuerit petita, ibid. num. 15

Corrumpens falſi tenetur, reg. 15. *numero* 17 146

Creditorem mercatoris falliti ſe aſſerens, qui re uera non ſit, in falſum incidit, ibid. nu: 11

D

Deceptus ab alio falſum nō committit, reg. 15. *nu.* 96 157

Defendens ſe armis contra familiam, an & quando poſſit impunè offendi, reg. 12. *nu.* 28 115

Defenſionibus ſuis renunciare nemo poteſt, reg. 20. *nu.* 11 185

Delens in teſtamento publico & ſcriptura priuata in falſum incidit, regu. 15. *nu.* 44 149

Delicta grauia, grauiora & grauiſſima quæ dicantur, remiſſiuè, reg. 6. *nu.* 4 58

Delictis in enormibus ſi adſint urgentes ſuſpiciones & deſint indicia, iudex debet impetrare à principe facultatem torquendi, reg. 10. *nume.* 40 102

Delictum in producendo falſos teſtes per ſolam productionem conſumatur, reg. 15. *nu.* 71 154

Delicti corpus imprimis conſtare debet, reg. 19. *nu.* 11 181

Delinquens in uno territorio capi non poteſt in alieno per birruarios loci delicti, & captus relaxari debet, etiam ſi birruarij cœpiſſent illum inſequi in loco delicti, reg. 12. *num.* 27 115

Delinquens imputatus de delicto habente pœnam relegationis non admittitur per procuratorem, regul. 13. *nu-*

13. numero 4
Delinquens procurans conueniri à iudice, ubi minor pœna imponitur, nõ iuuatur præuentione, ibid. num. 50
Defenſor debet admitti ad probandum innocentiam inquiſiti, non obſtante ſtatuto in contrarium, ibid. nu. 45
Denunciationis euangelicæ finis eſt, ut quis emendetur, non ut puniatur, reg. 1. nu. 14 9
Denunciatione officialis ſine infamia inquiritur, ibid. nu. 46
Denunciatio per ſolum probum uirum eſt ſufficiens ad inquirendum contra denunciatum ſuper infamia, qua comperta poteſt inquiri ſuper crimine, ibid. nu. 50
Dictans & ſcienter omittens aliquid tenetur & non notarius, qui bona fide ſcribit, regul. 15. numero 10 145
Diffamatio, eſt neceſſarium, ut præcedat, fallit ut infra, reg. 1. nu. 31 17
Diffamatio non requiritur, ubi de principis mandato inquiritur. Intellige, ſi motu proprio principis inquiratur, ſecus ſi ad poſtulationem alterius principis inquiri mandaret. Intellige etiam, ſi princeps effectiuè & affirmatiuè dicat, quòd fama ad eius aures peruenit, uel ſibi de tali crimine conſtare, aliàs commiſſio intelligeretur, dummodo fama publica præcedat, ibid. nu. 47
Diffamatio non requiritur in inquiſitione in caſibus, in quibus præceſſit inquiſitio generalis, intellige ſano modo, ibid. nu. 54
Diffamatio capiendi ſubeſſe debet, regul. 12. nu. 5 112
Diuerſitas loci & temporis diuerſificat delictum, reg. 1. nu. 4 5
Doctores declarantur ex doctrina regulari, reg. 14. num. 10 132
Doctor in crimine falſi poteſt torqueri, reg. 15. nu. 119 162
Dolus iudicis in inquirẽdo debet probari per ueras probationes non autem per coniecturas, reg. 11. nume. 37 18
Dolus in delicto ſemper præſumitur, nec eſt probandus à curia, ibidem num. 66
Dolus in quibus caſibus ceſſare præſumitur remiſſiuè, regu. 15. numero 92 156
Dominus ſocius in caſibus exceptis non facit indicium ad torturam, reg. 4. nu. 32 48
Dominus non tenetur ex delicto famuli ante famulatum commiſſo, reg. 7. nu. 48 72
Domino imputatur familiæ exceſſus, & de ipſius exceſſu tenetur, ibidem num. 38
Domino ſtatim purgante delictum familiæ non tenetur, ſi officialis delinquat extra officium, uel ſi officialis eſſet perſona ualde digna, uel niſi officialis datus eſſet ſuperiori ab alio ſuperiore, ibid. nu. 40
Dominus non tenetur pro officiali, contra quem agitur criminaliter ad pœnam corporaliter, etiam ſi officialis aufugeret, ibidem numero 46
Dominus non obligatur ex delicto famuli delinquentis in ſe, ad cuius

cuſtodiam dominus non tenetur, ibidem nu.47

Dominus pro ſeruo comparet pro ſuo iure & intereſſe, regul.13.numero 40 126

E

Eccleſia interdicta retinet priuilegium in fauorem eorum, qui ad eccleſiam confugiunt, regul.12. num. 14 133

Eccleſiæ clauſtrum gaudet eodem priuilegio, quo eccleſia, ibidem numero 15

Eccleſia maior habet priuilegium per quinquaginta paſſus circumcirca, minor uerò per triginta, ibidem numero 16

Eccleſia dicitur domus clericorum, ibidem nu.18

Errans non incidit in falſum, regu.15. nu.95 157

Error potius quàm dolus in notario præſumitur, quando reperitur aliter ſcripſiſſe, quàm à partibus dictum fuit, ibid.nu.167

Error quomodo dignoſcatur, regu.20. nu.2 184

Examinans tres teſtes tãtum ex quinque, quos aſſeruit fuiſſe præſentes actui geſto, redditur ſuſpectus de falſo, reg.15.nu.133 163

Exceptio, tu es ſocius & particeps criminis, eſt dilatoria uel peremptoria, reg.4.nu.50 51

Exceptio dilatoria poteſt opponi ſtatim, etiam poſt litem conteſtatam, ibid.nu.52

Excuſatio mandantis à mandatario facta excuſat mandanter alijs concurrentibus, ſed non ſola, reg.5.numero 15 50

Executor uidens ſententiam iniuſtam non debet exequi, regul.6.numero 11 59

F

Falſantes monetas poſſunt interrogari de ſocijs receptatoribus & fautoribus. Intellige ut infra, regul.4.nu.13 44

Falſificans rationes committit falſum, reg.15.nu.42 149

Falſificans ſcripturam nullam fidem facientem non tenetur pœna falſi, ibid.num.102

Falſificans acta cauſæ perdit cauſam. Intellige ſi principalis non procurator, ibid.nu.139

Falſificans literas & ſigillum principis punitur pœna capitis, ibid.numero 152

Falſificans literas inferioris à principe quomodo puniatur, quid in mandante, ibid.nu.153

Falſificans pondera & menſuras uarijs modis punitur, ibid.nu. 155

Falſitas mutatio ueritatis ex certa ſciẽtia, reg.15.nu.1 144

Falſitas crimen grauiſſimum, enormiſſimum, abbominabile, ibid.nu.2

Falſitas triplex, dicto, facto & ſcripto, ibid.nu.7

Falſitas quot modis dicto committitur, ibid. nu.8

Falſitas dicto alijs modis committitur,

de

de quibus hic remiſſiuè, ibidem numero 24
